



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CHIESA CATTOLICA, *Officia propria sanctorum tam de praecepto, quam ad libitum, novissimè concessa, juxta decreta Sacrae Rituum Congr. ab Alexandro VII. usque ad SS.D.N. Innocentium XII. emanata, quorum seriem pag. 126. in fine indicat, & quo ritu recitentur, demonstrat*, Trento, Giovanni Parone, 1700.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT I k 259

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/347>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



1 OFFICIA 2

# PROPRIA SANCTORUM

Tam de Præcepto, quam ad Libitum,  
Novissimè concessa,

JUXTA DECRETUM SACRÆ  
RITUM CONGR.

AB ALEXANDRO VII.

usque ad SS. D. N.

INNOCENTIIUM XII.

*Ex Libris* EMANATA *emanata*

*Quorum seriem pag. 126. in fine indicat, & quo ritibus  
recitentur, demonstrat.*



TRIDENTI, M. DCC.

EX TYPOGRAPH. EPISCOP. APUD JOANNEM PARONUM.

SUPERIORUM PERMISSU.

PROPRIA  
MAGNUS  
AB ALBA  
INNOCENTIUM  
TRIDUUM

SA

DIE XXII  
In festo S. R.  
for Conq[ue]st.

Omnia de  
non P[ro]p[ri]a.  
valentur,  
Confessor,  
Hac die la  
mos Laud

**D**EUS,  
man  
sacrament  
frum eieg  
andas mi  
concede, v  
ignos por  
cere, & a  
tum per

Dominu  
Deinde  
ratione r

In No  
In No  
**B**eatu  
con  
milia de  
Religion

2

OFFICIA  
SANCTORUM.  
DE PRÆCEPTO.

---

DIE XXIII. JANUARIIL.

*In festo S. Raymundi de Peñafort Confess. Semidup.*

*Omnia de Communi Confess. non Pontif. præter ea, quæ hic habentur, & ad Hym. Ille Confessor, dicatur:*

Hac die lætus meruit supremos Laudis honores. *Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Raymundum pœnitentiæ Sacramenti insignem, ministrum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti: concede, ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

*Deinde fit commemor. S. Eminentiana virg. & m. ut in Brev.*

*In 1. Noct. Lect. de Scrip. occur.*

*In 2. Nocturno. Lectio 4.*

**B**EATUS Raymundus Barcinonensis ex nobili familia de Peñafort, Christianæ Religionis rudimentis imbu-

tus, adhuc parvulus eximia animi, & corporis indole magnum aliquid portendere visus est. Nam adolescens humaniores litteras in Patria professus, Bononiam se contulit, ubi pietatis officii, ac Pontifico, Civilique juri sedulo incumbens, & Doctoris laurea insignitus, ibidem sacros Canones magna cum hominum admiratione est interpretatus. Ejus virtutum fama percrebrescente, Berengarius Barcinonensis Episcopus, cum Roma suam ad Ecclesiam rediret, cum conveniendi causa Bononiam iter instituit, & tandem summis precibus, ut secum in Patriam reverteretur obtinuit. Mox ejusdem Ecclesiæ Canonictu, & præpositura ornat us, universo Clero, & Populo, integritate, modestia, doctrina, & morum suavitate præfulsit, ac Deiparæ Virginis, quam

A

quam singulari pietatis affectu venerabatur, honorem, & cultum semper pro viribus auxit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit. *Lect. v.*

**A** Nnum circiter quintum supra quadragesimum agens, in Ordine Fratrum Prædicatorum, solemniter emissit professionem, ut novus miles, in omni virtutum genere, sed præcipue in charitate erga egenos, & maxime Captivos ab Infidelibus detentos, se exercuit. Unde cum ejus hortatu sanctus Petrus Nolasco (cujus ipse confessiones audiebat) suas opes piissimo huic operi conferret, tum eidem, tum beato Raymundo, & Jacobo Primo Aragoniæ Regi apparens beatissima Virgo gratissimum sibi, & Unigenito Filio suo fore dixit, si in suum honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus Captivos ex Infidelium tyrannide liberandi cura incumberet. Quare col-

latis inter se consiliis, Ordinem beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, fundaverunt: cui beatus Raymundus certas vivendi leges præscripsit ad ejusdem Ordinis vocationem accommodatissimas: quarum approbationem aliquot post annis à Gregorio Nono impetravit, & dictum sanctum Petrum primum Generalem Ordinis Magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et.

*Lectio vj.*

**A** B eodem Gregorio Romanam accersitus, & Cappellani, ac Pœnitentiarii, & Confessarii sui munere decoratus, ejusdem jussu, Romanorum Pontificum decreta, in diversis Conciliis, & Epistolis sparsa, in unum Decretalium volumen redegit. Archiepiscopatum Tarraconensem ab ipso Pontifice sibi oblatum constantissime recusavit. Et totius Ordinis Prædicatorum generale Ma-

Ordin  
ercede  
rum  
reatus  
ivendi  
aldem  
ecom  
m ap  
ost au  
impe  
ctum  
ralem  
is ipse  
indu  
nus, &  
gloriz  
portas  
is lori  
m. Et  
io Ros  
s, &  
tentia  
nunere  
tu, Ro  
a decre  
tis, &  
unum  
in rede  
m Tar  
ontifice  
tissime  
Ordinis  
ale Ma  
gi

gisterium, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit. Jacobo Aragonie Regi sacre Inquisitionis officii suis in Regnis instituendi auctor fuit. Multa patravit miracula; inter que illud clarissimum, quod ex Insula Baleari Maiori Barcionem reversurus, strato super aquas pallio, centum sexaginta milliara sex horis confecerit, & suum Coenobium januis clausis fuerit ingressus. Tandem propere centenarius, virtutibus, & meritis cumulatus obdormivit in Domino, anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, quem Clemens Octavus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit omnia, que locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad coelesta regna. Quia.

Gloria Patri. Quia.

In ij. Nocturno Homil. in Evang. Sint lumbi vestri. ut in Communi Conf. non Pontif. 1. loco.

Pro S. Emerentiana virg. & m. Lectio jx. Emerentiana virgo. ut in Breviario.

In Laud. sit comm. S. Emerentiana virg. & mart. Antiphon. Simile est regnum coelorum. V. Diffusa est gratia.

Oratio. Indulgentiam nobis, de Communi Virg.

DIE XXIX. JANUARIJ.

In festo S. Francisci Salesii Conf.

Pontificis. Duplex.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur.

Hac die letus meruit supremos.

Laudis honores. Oratio.

DEUS, qui ad animarum salutem beatum Franciscum Confessorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum esse voluisti: concede propitius, ut charitatis tuae dulcedine perfusi, ejus dirigentibus monitis, ac suffragantibus meritis, eterna gaudia consequamur. Per.

In j. Noct. leg. Lect. de Script. occur.

In ij. Nocturno. Lectio i. v.

FRANCISCUS in Oppido Salesio, unde familiae cognomen, piis & nobilibus parentibus natus, a teneris annis futurae sanctitatis indicia praeibit, morum innocentia,

4  
 & gravitate. Adolefcens liberalibus difciplinis eruditus; mox Philofophiæ, ac Theologiæ Parisiis operam dedit; & ne quid fibi decffet ad animi culturam, juris utriufque lauream fuma cum laude Patavii obtinuit. In facra æde Lauretana perpetuæ virginitatis votum, quo pridem Parisiis fe obftinxerat, innovavit: à cujus virtutis propofitio nullis unquam dæmonum fraudibus, nullis fenfuum illecebris potuit difmoveri.

R. Inveni David fervum meum, oleo fancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei.

Y. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

*Lectio v.*

**R**eculata in Sabaudia Senatu ampiiffima dignitate, Clericali militia nomen dedit, tum Sacerdotio initiatus, & Genevenfis Ecclefiæ Præpofituram adeptus, ejus muneris partes ad eò perfectè explevit, ut eum Granerius Epifcopus vindicandis ab hærefi Calviniana Chaballienfibus, aliifque Genevæ finitimis Populis divini

verbi præconem deftinaret. Quam expeditionem alacri animo fufcipiens, afperiffima quæque perpellus eft, fæpè ab hæreticis conquifitus ad necem, variifque calumniis, & infidiis vexatus. Sed inter tot discrimina, & agones, intuperabilis eius constantia femper enituit; Denique ope protectus, feptuaginta duo millia hæreticorum ad Catholicam fidem reduxiſſe dicitur, inter quos multi nobilitate, & doctriua inſignes numerantur.

R. Polui adjutorium fuper potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei.

Y. Inveni David fervum meum, oleo fancto meo unxi eum. Manus enim. *Lect. vj.*

**M**ortuo Granerio, qui eum ſibi Coadjutorem decerni curaverat, Epifcopus confecratus, fanctitatis fuæ radios circumquaque diffudit, zelo Eccleſiaſtica difciplinæ, pacis ſtudio, mifericordia in pauperes omni que virtute conſpicuus. Ad Divini cultus augmentum, novum ordinem ſanctimonialium inſtituit à Viſitatione beatæ Virginis nuncupatum ſub regula ſancti Auguſtini,

FESTA JANUARIÆ.

fini, cui addidit constitutiones, sapientia, discretionem, & suavitatem mirabiles. Suis etiam scriptis Cœlesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad Christianam perfectionem tutum, & planum demonstrat. Annum denique agens quinquagesimum quintum, dum e Gallia Annesium regreditur, post sacrum in die sancti Joannis Evangelistæ Lugduni celebratum, gravi morbo correptus, sequenti die migravit in Cælum, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo secundo. Ejus corpus Annesium delatum in Ecclesia Monialium dicti Ordinis honorifice conditum fuit, cœpitque statim miraculis clarescere, quibus ritè probatis, ab Alexandro Septimo Pontifice maximo in Sanctorum numerum relatus est, assignata ejus festivitati die vigesima nona Januarii.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad

cœlestia regna. Ipse. Gloriam Patri. Ipse.

*In tertio Noct. Homil. S. Gregorii Papa in Evang. Homo peregrè. ut in Communi Cois. sess. Pontif.*

*In ij. Vesperis à Capitul. de seq. cum commem. precedentis.*

DIE XXX. JANUARIÆ.

*In festo S. Petri Nolatico Conf.*

*Duplex.*

*In Hymn. Iste Confessor dicat.*

Hac die lætus meruit supremos.

Laudis honores.

*Oratio.*

**D**eus, qui in tuæ charitatis exemplum, ad Fidei Redemptionem, sanctum Petrum Nolatico Ecclesiam tuam nova prole fecundare divinitus docuisti, ipsius nobis intercessione concede, à peccati servitute solutis, in cœlesti patria perpetua libertate gaudere. Qui vivis, & regnas.

*Deinde fit comm. S. Martine virg. & mar. Ann. Veni sponsa Christi.*

¶. Diffusa est gratia.

*Oratio. Deus, qui inter cœtera de Communi Virg.*

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In ij. Nocturno.*

*Lectio iv.*

**P**etrus Nolasco Recaudi propè Carcaſonam in Gallia nobili genere natus, ſingulari erga proximum charitate excelluit: cujus virtutis prælagium fuit, quòd cum adhuc incunabulis vagiret infans, examen apum ad eum convolavit, & favum mellis in ejus dextera conſtruxit. Adoleſcens parentibus orbatus, Albigenſium hæreſim, quæ tunc in Gallia prælabatur, execrans, divendito patrimonio in Hiſpaniam ſceſſit, & apud beatam Virginem Montis Serrati, votum, quo pridem ſe obſtrinxerat, exolvit. Tum Barchinonam pergens, cum Chriſti fidelibus ab hoſtium ſervitute redimendis omnem pecuniam conſumpſiſſet, ſeipſum pro ſis liberandis venum ire, aut in illorum vincula ſuſſici, cupere diſcitabat.

✠. Honeſtum fecit 4.

*Lectio v.*

**Q**uam gratum Deo fuerit hoc Sancti viri deſiderium, ſubſequens declaravit eventus. Nam noctu oranti, & de Chriſtianorum in captivitate degentium ſubſidio, multa animo volenti

Beata Virgo apparens: Filio ſuo, ſibi que acceptiſſimum tore ſuggellit; ſi ad ſui honorem Religioſorum Ordo inſtitueretur, quibus præcipua eſſet cura, captivos ab Inſidelium tyrannide liberare. Hunc cœleſti monito illicò obtemperans, unà cum ſancto Raymundo de Pennafort, & Jacobo primo Regæ Aragoniæ de eadem re a Dei Genitrice ipſa nocte præmonitis, Religionem beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum inſtituit; Sodalibus ſuis quarto voto obſtrictis: manendi in pignus ſub Paganorum poteſtate, ſi pro Chriſtianorum liberatione opus fuerit.

✠. Amavit eum Dominus 5.

*Lectio vi.*

**E**dito virginitatis voto, illibatam perpetuò caſtatem ſervavit. Patientia, humilitate, abſtinentia, cæterisque virtutibus mirabiliter enituit. Prophetiæ dono illuſtris, futura prædixit; inter quæ maxime celebratur: Quòd Jacobus Rex Valentiam à Mauris occupatam expugnaverit, accepta prius ab eo obtinendæ victoriæ ſecuritate. Angeſi Cuſtodis, ac

Dei-

Deiparæ Virginis frequenti apparitione recreabatur. Senio tandem confectus, de imminente morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captivos cohortatus, & Psalmum, Confitebor tibi Domine in toto corde meo, devotissime recitans: ad illa verba: Redemptionem misit Dominus Populo suo, spiritum Deo reddidit media nocte vigiliæ Nativitatis Domini, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Cujus festivitatem Alexander Septimus die trigesima prima Januarii celebrari præcepit.

¶ Iste homo perfectus. 5.

*In tertio Noct. Homil. Venerab. Bedæ Presbyt. in Evang. Nolite timere pusillus grex. ut in Communi Confess. non Pontif.*

*In secundis Vesperis fit comm. S. Ignatii Episc. & mart.*

**DIE VIII. FEBRUARII.**

*In festo S. Joannis de Matha Confessoris. Duplex.*

*Omnia de Communi Conf. non Pont. præter ea quæ hic sequuntur.*

*In secundis Vesp. S. Romualdi fit a Capitulo de S. Joanne cum commem. S. Romualdi.*

*In Hymn. Iste Confessor, dicat.*

Hac dies letus meruit supr.

Laudis honores. *Oratio.*

**D**Eus, qui per sanctum Joannem de Matha Ordinem sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorum captivos cœlitus instituire dignatus es; præsta quaerimus, ut ejus suffragantibus meritis à captivitate corporis & animæ, te adjuvante liberemur. Per Dominum.

*Deinde fit comm. S. Romualdi.*

*Antiph. Hic vir despiciens.*

¶ Justum deduxit.

*Oratio. Intercessio. ut supræ.*

*Inj. Noct. Lect. de Scrip. occur.*

*Si venerit in Quadr. Lect.*

*Beatus vir. de Communi Conf. non Pontif.*

*In ij. Nocturno. Lectio 1<sup>o</sup>.*

**J**OANNES de Matha Ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum Institutor, Falcone in Provincia natus est parentibus pietate, & nobilitate conspicuis, Studiorum causa Aquas Sextias, mox Parisios profectus, confectoque Theologiæ curriculo, Magisterii lauream adeptus, doctrinæ & virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes

res ad sacrum Præbyteratus ordinem præ humilitate reluctantem promovit eo, consilio, ut in ea Civitate commorans sapientia & moribus studiose juventuti prælueret. Cum autem in Sacello ejusdem Episcopi, ipso cum aliis adstante, primum Deo sacrû offerret, cœlesti favore meruit recipiari. Nam Angelus candida, & fulgenti veste indutus, cui in pectore Crux rubra & cærulei coloris affuta erat, brachiis cancellatis, & super duos captivos ad latera positos, Christianum unum, alterum Maurum, extensis apparuit. Qua visione in extasim raptus intellexit protinus vir Dei, se ad redimendos ab Infidelibus captivos destinari.

℞. Honestum fecit 4.

*Lectio v.*

**Q**UO verò maturius in re tanti momenti procedere, in solitudinem secessit, ibique divino nutu factum est, ut Felicem Valesium in ipsa Eremita jam multis annis degentem reperiret, cum quo in tanta societate se per triennium in oratione, & contemplatione, omniumque virtutum studio exercuit Contigit an-

tem, ut dum secum de rebus divinis propè fontem colloquerentur, cervus ad eos accesserit Crucem inter cornua gerens, rubra & cærulei coloris. Cumque Felix ob rei novitatem miraretur, narravit ei Joannes visionem in prima missa habitam, & exinde ferventius orationi incumbentes, ter in somnis admoniti, Romam proficisci decreverunt, ut à summo Pontifice novi Ordinis pro redimendis captivis institutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius tertius, qui illis benignè acceptis, dum secum de re proposita deliberrat, in festo sanctæ Agnetis secundò, Laterani intra Missarum solemniam ad sacræ Hostiæ elevationem, Angelus ei candida veste, cruce bicolori, specie redimentis captivos apparuit. Quo viso Pontifex Institutum approbavit, & novum Ordinem sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum vocari iussit, ejusque Professoribus albas vestes cum Cruce rubra & cærulei coloris præbuit.

℞. Amavit eum 5. *Lectio vi.*

**S**ic stabilito Ordine sancti Fundatores in Galliam

FESTA FEBRUARII.

redierunt; primoque Cœnobio Cervi Frigidi in Diœcesi Maldeali constructo, ad ejus regimen Felix remansit, & Joannes Romam cum aliquot sociis reverius est, ubi Innocentius domum Ecclesiam, & Hospitali sancti Thomæ de Formis in Monte Cælio eis donavit, cum multis redditibus, & possessionibus. Datis quoque litteris ad Miramolinum Regem Marrochii, opus redemptionis felici auspicio inchoatum fuit. Tū ad Hispanias, sub jugo Sarcenorum magna ex parte oppressas, Joannes profectus est, Regumque, Principum, aliorumque fidelium animos ad captivorum, & pauperum commiserationem commovit, Monasteria ædificavit, Hospitalia erexit, magnoque lucro animarum plures captivos redemit. Romam tandem revertus, sanctisque operibus incumbens, assiduis laboribus attritus, & morbo confectus, ardentissimo Dei & proximi amore astuans, ad extremum devenit. Quare fratribus convocatis, eisque ad opus redemptionis calitus præmonstratum efficaciter cohortatis, obdormivit in

Domino, sextodecimo Kalendas Januarii, anno salutaris millesimo, ducentesimo decimo tertio, ejusque corpus in Ecclesia sancti Thomæ de Formis condigno honore tumulatum fuit.

R. Iste homo perfecit &

*In iij. Noct. Homil. s. Gregorij Pape in Evang. Sint lumbr vestri præcincti. ut in Communii Confess. non Pontif. j. loco.*

*In Vesp. sit comm. S. Apollonia virg. & mart. ut in Breviar.*

DIE XVII. MARTII.

*In Festo sancti Patritii Episc. & Confess. Semiduplex.*

*Omnia de Communi Conf. Pontif. præter Oracionem, & Lectiones secundi Nocturni.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui ad prædicandum Gentibus gloriam tuam, beatum Patricium Confessorem, atque Pontificem mittere dignatus es: ejus meritis, & intercessione concede; ut quæ nobis agenda præcipis, te miserante adimplere possimus. Per Dominum.

*Deinde sit commem. Ferie.*

*In j. Noct. Lect. ut Epistola prima B. Pauli Apost. ad Timoth. Fidelis sermo. de Communi Confessoris Pontificis.*

In secundo Noct. Lectio iro.

**P**atritius, Hiberniæ dictus  
Apostolus Calphurnio  
Patre, Martini Turonensis  
Episcopi, ut perhibeat, con-  
sanguinea, majori in Britan-  
nia natus, puer in Barbaro-  
rum sæpius incidit captivita-  
tem. Eo in statu pascendis  
gregibus præpositus, jam tum  
futuræ sanctitatis specimen  
præbuit; Fidei namque, divi-  
ni que timoris, & amoris spi-  
ritu repletus est, antelucano  
tempore per nives, gelu, ac  
pluvias ad preces Deo fun-  
dendas, impiger consurgebat,  
solitus centies interdium, cen-  
tiesque noctu Deum orare.  
A servitute tertio exemptus,  
& inter Clericos relatus, in  
divinis lectionibus longo se-  
tempore exercuit. Gallis, Ita-  
lia, Insulisque Tyrreni ma-  
ris labore summo peragratis,  
divino tandem monitu ad  
Hibernorum salutem advo-  
catur; & facta à Beato Cce-  
lestino Papa Evangelii nun-  
ciandi potestate, consecratus-  
que Episcopus, in Hiberniam  
perrexit.

℞. Inveni David servum  
meum, oleo sancto meo unxi  
eum: \* Manus enim mea au-  
xiliabitur ei.

℥. Nihil proficiet inimicus  
in eo, & filius iniquitatis non  
nocebit ei. Manus.

Lectio v.

**E**O in munere mirum  
quot Vir Apostolicus  
mala, quot ærumnas, & labo-  
res, quot pertulerit adver-  
sarios. Verum Dei afflante be-  
nignitate, terra illa, idolorum  
antea cultrix, eum mox, præ-  
dicante Patritio, fructum de-  
dit, ut Sanctorum Insula de-  
inde fuerit appellata. Fre-  
quentissimi ab eo populi sa-  
cro sunt regenerati lavacro:  
Episcopi, Clericique plurimi  
ordinati; Virgines, ac Viduæ  
ad continentię leges institute.  
Armachanam Sedem, Romani  
Pontificis autoritate, to-  
tius Insulę principem Metro-  
polim constituit, Sanctorum-  
que reliquiis ab Urbe relatis  
decoravit. Supernis visioni-  
bus, prophetiæ dono, ingenti-  
busque signis, & prodigiis  
à Deo exornatus adeo re-  
fulsit, ut longè, latèque ce-  
lebrior Patrij sui se fama diffu-  
derit.

℞. Posui adjutorium super  
potentem, & exaltavi ele-  
ctum de plebe mea: \* Ma-  
nus enim mea auxiliabitur  
ei.

℥. In-

¶ Inveni David (servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim,

*Lectio vi.*

**P**Ræter quotidianam Ecclesiarum sollicitudinē, invictum ab oratione spiritū nunquam relaxabat: Ajunt enim, integrum quotidie Psalterium unā cum Canticis, & Hymnis, ducentisque orationibus consuevisse recitare; tercenties per dies singulos flexis genibus Deum adorare, ac in qualibet Hora dici Canonica centies de Crucis signo munire. Noctem tria in spacia distribuens, primum in centum Psalmis percurrendis, & bis centies genuflectendo, alterum in reliquis quinquaginta Psalmis, algidis aquis immeritus, ac corde, oculis, manibusque ad Cœlum erectus, absolvendis infumebat; tertium verò super nudum lapidem stratus tenui dabat quietis. Humilitatis eximius cultor, Apostolico more à manuum suarum labore non abstinuit. Assiduus tandem curis pro Ecclesia consumptus, verbo, & opere clarus, in extrema senectute divinis Mysteriis refectus, obdormivit in Domino, se-

pultusque est apud Deum in Ultonia, à Christiana salute sæculo quinto.

¶. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse. Gloria. Ipse.

*In tertio Noct. Hom. in Evang. Homo peregrè proficiscens de Communi Conf. Pontif. j. loco.*

*Nona Lectio dicitur de Homil. feria occurrentis, & de ea fit commemoratio ad Laudes.*

DIE XIX. MARTII.

*In festo S. Joseph Confess. Duplex. secunda Classis.*

*Omnia de Communi Conf. not. Pontif. præter ea, quæ hic habentur propria.*

*Ad Vesperas, Capitul. Eccl. 31.*

**B**Eatus vir, qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniâ thesauris: quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

*Hymnus.*

**T**E Joseph, celebrent agmina Cœlitum,

Te

Te cuncti reuerent Christiana-  
dum Chori.

Qui clarus meritis junctus  
es inclite

Casto foedere Virgini.

Almo cum tumidam germin-  
ne Conjugem

Admirans, dubio tangeris  
anxius,

Afflatu superi flaminis An-  
gelus

Conceptu puerum docet.

Tu natum Dominum strin-  
gis, ad exteras

Aegypti profugum tu sequeris  
plagas;

Amissum, Solymis quæris, &  
inuenis,

Mil cens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors  
pia consecrat,

Palmamque emeritos gloria  
fulcipit,

Tu vivens, superis par, fruc-  
ris Deo,

Mira forte beatior.

Nobis, summa Trias, parce  
precantibus,

Da Joseph meritis sydera  
scandere:

Ut tandem liceat nos tibi  
perpetim

Gratu promere canonicu  
Amen.

Os iusti meditabitur sa-  
pientiam.

& Et lingua ejus loquetur  
judicium.

*Ad Magnificat. Antiph.*

Joseph fili David noli timere  
accipere Mariam conjugem  
tuam: quod enim in ea natum  
est, de Spiritu Sancto est; pa-  
riet autem filium, & vocabis  
nomen ejus Jesum.

*Oratio.*

**S**anctissimæ Genitricis tuæ  
Sponsi, quæsumus Do-  
mine, meritis adjuvemur, ut  
quod possibilitas nostra non  
obtinet, ejus nobis interces-  
sione donetur. Qui vivis, &c.

*Deinde fit commemor. ser. occur-  
in utrisque Vesperis, & Landi-  
bus si celebretur in Quadrage-  
simâ.*

*Ad Matutinum, Invitat.*

Regem Confessorum Domi-  
num: \* Venite, adoremus.

*Psalmus. Venite I.*

*Hymnus.*

**C**œlitum Joseph decus,  
atque nostra

Certa spes vitæ, columnæque  
mundi,

Quas tibi lati canimus, be-  
nignus

Suscipe Laudes.

Te fator rerum statuit pudicæ  
Virginis sponsum, voluitque  
Verbi

Te Patrem dici, dedit & mini-  
strum

Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo  
jacentem,

Quem Chorus Vatum ceci-  
nit futurum,

Adspicis gaudens, humillique  
natum

Numen adoras.

Rex Deus Regum, domina-  
tor orbis,

Cujus ad nutum tremit in-  
ferorum

Turba, cui pronus famulatur  
Æther,

Se tibi subdit.

Laus sit excellē Triadi po-  
rennis,

Qua tibi præbens superos ho-  
nores,

Det tuis nobis meritis beatæ  
Gaudia vitæ. Amen.

*In primo Nocturno, Lect. Bea-  
rus vir, qui inventus est. de  
Comm. Confess. non Pontific.*

*In secundo Nocturno.*

Sermo S. Bernardi Abb.

*Homil. 2. super Missis, propè fin.  
Lectio iv.*

**Q**uis & qualis homo fue-  
rit beatus Joseph, con-  
jice ex appellatione, qua licet  
dispensatoria, meruit honora-  
ri, a deo, ut pater Dei & dictus  
& creditus sit: conjice & ex  
proprio vocabulo, quod aug-  
mentum non dubitas inter-

pretari. Simul & memento  
magni illius quondam Pa-  
triarchæ venditi in Ægypto:  
& scito ipsius istum non so-  
lùm vocabulum tuisse torti-  
tum, sed & castimoniam  
adeptum, innocentiam asse-  
cutum & gratiam.

R. Honestum fecit illum Do-  
minus, & custodivit eum ab  
inimicis, & a seductoribus tu-  
tavit illum; \* Et dedit illi  
claritatem æternam.

ÿ. Justum deduxit Dominus  
per vias rectas, & ostendit illi  
regnum Dei. Et dedit.

*Lectio v.*

**S**iquidem ille Joseph, fra-  
terna ex invidia vendi-  
tus, & ductus in Ægyptum,  
Christi venditionem præfigu-  
ravit: iste Joseph, Herodia-  
nam invidiam fugiens, Chri-  
stum in Ægyptum portavit:  
ille Domino tuo fidem ser-  
vans, domine voluit commi-  
sceri: iste Dominam suam,  
Domini sui matrem virgi-  
nem agnoscens, & ipse conti-  
nens, fideliter custodivit. Illi  
data est intelligentia in my-  
steriis somniorum: isti datum  
est concium fieri atque parti-  
cipem cœlestium sacramen-  
torum.

R. Amavit eum Dominus, &  
orna-

ornavit eum: stolam glorie induit eum: \* Et ad portas paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad. *Lectio vi.*

**I**lle frumenta servavit non sibi, sed omni populo: iste panem vivum è cælo servandum accepit tam sibi, quam toti mundo. Non est dubium, quin bonus & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam, servus & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatium, sugæ carnis nutritium, solum denique, in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum.

\*. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: \* Quia te vidi iustum coram me ex omnibus Gentibus.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia.

Gloria Patri. Quia.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vii. Cap. 19. c.*

**C**um esset desponsata mater Jesu Maria Joseph,

antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presb.

*Lib. 1. Comment. in c. 1. Matth.*

**Q**uare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur: secundò, ne lapidaretur à Judæis ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit: ut partus, inquit, ejus celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.

\*. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia tua. Iple. *Lectio viii.*

**A**ntequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto: non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui penè licentia marita-

si futura uxoris omnia nove-  
rat. Quod autem dicitur, An-  
tequam converſerent: non  
ſequitur ut poſtea convene-  
rint: ſed Scriptura quod ſa-  
ctum non ſit, offendit.

R. Sint lumbi veſtri præcin-  
cti, & lucernæ ardentes in ma-  
nibus veſtris: \* Et vos ſimiles  
hominibus expectantibus do-  
minum ſuum, quando rever-  
tatur à nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nescitis,  
qua hora Dominus veſter  
venturus ſit. Et. Gloria Pa-  
tri. Et.

*Nona Lect. de Homilia Peria  
occurr. ſi celebretur in Quadr.  
& de ea fit Commem. in Laud.  
Lectio ix.*

**J**oseph autem vir ejus cum  
eſſet juſtus, & nollet eam  
traducere, voluit occultè  
dimittere eam. Si quis fornicari-  
æ conjungitur, unum cor-  
pus eſſicitur; & in lege præce-  
ptum eſt, non ſolum reos, ſed  
& contencos criminum obno-  
xios eſſe peccati: quomodo  
Joseph, cum crimen celaret  
uxoris, juſtus ſcribitur? Sed  
hoc teſtimonium Mariæ eſt,  
quod Joseph ſciens illius caſti-  
tatem, & admirans quod eve-  
nerat, celat ſilentio, cujus  
myſterium nesciebat.

Te Deum 13.

*Ad Laudes, Capituli. Beatus  
vir. ut ſupra in Veſper.*

*Hymnus.*

**I**ſte, quem legi cõtinuus  
fideles,

Cujus excelsos canimus triũ-  
phos,

Hac die, Joseph, meruit pe-  
rennis

Gaudia vite.

Onimis felix, nimis õ beatus,  
Cujus extremam vigiles ad  
horam

Christus, & Virgo ſimul  
aſtiterunt

Ore ſereno.

Hinc ſtygis victor, laqueo  
ſolutus

Carnis, ad ſede placido ſopore  
Migrat æternas, rutilique  
cingit

Tempora ſertis.

Ergo regnantem ſagitemus  
omnes,

Adſit ut nobis, veniamque  
noſtris

Obtinens culpis, tribuat ſu-  
pernæ

Munera pacis.

Sint tibi plautus, tibi ſint ho-  
nores,

Trine, qui regnas, Deus; &  
Coronas

Aureas ſervo tribuis fideli

Omne per gratiam Amen.

† Ju-

ſ. Iuſtura deduxit Dominus  
per vias rectas.

ſ. Et oſtendit illi regnum  
Dei.

*Ad Benediſtus, Antiph.*

Angelus Domini apparuit in  
ſomnis Joſeph; dicens: Surge,  
& accipe puerum & Matrem  
ejus, & vade in terram Iſrael:  
defuncti ſunt enim, qui que-  
rebant animam pueri.

*In ſecundis Veſperis, Capitul.*

*ſ. Hymn. ut ſupra in primis.*

ſ. Juſtus ut palma florebit.

ſ. Sicut cedrus Libani multi-  
plicabitur.

*Ad Magn. Ana.* Miſſus eſt  
Angelus Gabriel ad Virgi-  
nem deſpontatam viro, cui  
nomen erat Joſeph, de domo  
David, & nomen Virginis  
Maria, de qua natus eſt Jeſus,  
qui vocatur Chriſtus. *Oratio.*  
Sanctiſſimæ Genitricis tuæ  
ſponſi. *ut ſupra.*

*Dein. eſt commemor. S. Joakim,  
Ana, ſ. Verſic. ut infra.*

DIE XXI APRILIS.

*In feſto S. Anſelm. Epif. ſ. Conf.  
Semiduplex.*

*Omnia de Comm. Conf. Pont.  
pretor ea qua hic habentur.*

*Oratio.*

**D**eu, qui populo tuo  
æternæ ſalutis beatum  
Anſelmum miniſtrum tribui-

ſti, præſta queſumus, ut quem  
Doctorem vitæ habuimus in  
terris, interceſſorem habere  
mereamur in cælis. Per Do-  
minum.

*In j. Nocturno Lect. de Scrip.  
occurr.*

*In ſecundo Noct.*

*Lectio iv.*

**A**nielmus Auguſtæ Præ-  
toriz in finibus Italiæ  
Gundulpho, & Ermemberga  
nobilibus, & Catholicis pa-  
rentibus natus, à teneris annis  
aſſiduo litterarum ſtudjo, at-  
que perfectioris vitæ deſiderio,  
non obſcurum futuræ ſancti-  
tatis, & doctrinæ ſpecimen  
dedit. Et licet juvenili ardore  
aliquando ad ſæculi illecebras  
traheretur, brevi tamen in  
priſtinam viam revocatus,  
patria, & bonis omnibus de-  
relictus, ad Monafterium Bec-  
cente Ordinis Sancti Benedi-  
cti ſe contulit: ubi emiſſa re-  
gulari Profeſſione ſub Herlui-  
no Abbate obſervatiſſimo, &  
Lanfranco viro doctiſſimo,  
tanto animi fervore, & juſti  
ſtudio in litteris, & virtuti-  
bus aſſequendis profecit, ut  
miram in modum tanquam  
ſanctitatis, & doctrinæ exem-  
plar ab omnibus haberetur.  
ſ. Inveni David ſervum  
meum,

meum, oleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia.

ψ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nō nocerebit ei. Manus enim. *Lect. v.*

**A**bstinentiæ, & continentię tantæ fuit, ut assiduitate jejunii omnis penè ciborum tentus in eo videretur extinctus. Diurno enim tempore in exercitiis Monasticis docendo, & respondendo variis de Religione quæsitis, emenso, quod reliquum erat noctis somno subtrahebat, ut divinis meditationibus, quas perenni lacrymarum imbri fovebat, mentem recrearet. Electus in Priorem Monasterii invidos fratres ita charitate, humilitate, & prudentiæ lenivit, ut quos amulos acceperat, sibi, & Deo amicos, maximo cum regularis observantiæ emolumento redderet. Mortuo Abbate, & in ejus locum (licet invitus) susceptus, tanta doctrinæ, & sanctitatis fama ubique refluxit, ut non modò Regibus, & Episcopis venerationi esset, sed Sancto Gregorio Septimo etiam acceptus, qui tunc magnis persecutionibus agitatus, litteras amoris ple-

nas ad eum dedit, quibus se, & Ecclesiam Catholicam ejus orationibus commendabat.

✠. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluia. ψ. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus. *Lectio vj.*

**D**efuncto Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi ejus olim præceptore, Anselmus, urgente Vuillielmo Angliæ Rege, & instantibus Clero, ac Populo, ipso tamen repugnante, ad eisdem Ecclesiæ regimen vocatus, statim (ut corruptos populi mores reformaret) verbo, & exemplo prius, dein scriptis, & Conciliis celebratis, pristinam pietatem, & Ecclesiasticam disciplinam reduxit. Sed cum mox idem Vuillielmus Rex vi, & minis Ecclesiæ jura usurpare tentasset, ipse sacerdotali constantia resistit; bonorumque direptionem, & exilium passus, Romam ad Urbanum Secundum se contulit, a quo honorificè exceptus, & summis laudibus ornatus est, cum in Barensi Concilio Spiritum Sanctum

etiam à Filio procedere contra Græcorum errorem, innumeris Scripturarum, & Sanctorum Patrum testimoniis propugnasset. E vivis Vultu Isidoro iublato, ab Henrico Rege ejus fratre in Angliam revocatus, obdormivit in Domino, famam non solum miraculorum, & Sanctitatis (præcipuè ob insignem devotionem erga Domini nostri Passionem, & Beatam Virginem ejus Matrem) assequutus, sed etiam doctrinæ quæ ad defensionem Christianæ Religionis, animarum profectum, & omnium Theologorum, qui sacras litteras scholastica methodo tradiderunt, normam, cælitus hausisse ex ejus libris omnibus apparet.

¶. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. alleluia.

¶. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna Ipse. Gloria Patri. Ipse.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

*Lectio vij.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua. Homilia sancti Hilarii Episc.

*Comment. in Mattheo 5.*

**V**os estis sal terræ, quod si sal infatuatum fuerit, ad nihilum valet id, quod salietur. Sal, ut arbitror, terre nullum est: quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupavit? sed proprietates est querenda dictorum, quam & Apostolorum officium, & ipsius salis natura monstrabit. Sal est in se uno continens aquæ, & ignis elementum: & hoc ex duobus est unum.

¶. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: \* Et ad portas paradisi coronavit eum.

¶. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et.

*Lectio viii.*

**H**ic igitur in omnem usum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit, & ad omnem sensum conditi saporis aptissimus est. Apostoli autem sunt rerum cælestium Prædicatores, & æternitatis velut Sato-

## DIE IV. MAIL.

*In festo S. Monica Vidue.**Semiduplex.*

*Ant.* Simile est regnum colorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam, alleluja.

*Ps.* Specie tua, & pulchritudine tua, alleluja.

*R.* Intende, prosperè, procede, & regna, alleluja.

*Oratio.*

**D**EUS mœrentium consolator; & in te sperantium salus, qui beatæ Monicę piæ lacrymas in conversione filii sui Augustini misericorditer suscepisti: da nobis utriusque interventu, peccata nostra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum.

*In 1. Noct. Lect. de Scrip. occur.**In secundo Noct. Lectio iv.*

**M**onica, sancti Augustini dupliciter, Mater, quia eum & mundo & cœlo peperit marito mortuo, quæ senectute confectû Jezu Christo conciliavit, castam & operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat: in assiduis verò ad Deum orationibus pro filio, qui in Ma-

B a ni-

res immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. Meritò igitur sal terre nuncupati sunt, per doctrinæ virtutem salendi modo æternitati corpora reservantes.

*R.* In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, \* Et implevit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus, alleluia.

*Ps.* Jucunditatem, & exultationem thesaurizavit super eum. Et.

Gloria Patri. Et. *Lectio ix.*

**S**ed natura salis semper eadem est, nec immutari unquam potest. Verùm quia conversioni homo subjacet; & solus beatus, qui usque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit: ideò eos sal terræ nuncupatos monet intraditæ sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accepti saporis amisso, vivificare corrupta non possint, & projecti de Ecclesiæ promptuariis cum jis, quos saliernit, pedibus incedentium proterantur Te Deum laudamus.

*In ii. Vesp. à Capit. de sequenti cum commem. præcedentis.*

nichæorum sectam inciderat, lacrymas effundebat: quem etiam Mediolanum secuta est: ubi ipsam frequenter hortabatur, ut ad Episcopum Ambrosium se conferret. Quod cum ille fecisset, ejus & publicis concionibus & privatis colloquiis catholice fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus est.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua, alleluja.

Y. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

*Lectio v.*

**M**ox in Attricam redeuntes, cum ad Ostia Tiberina constitissent, incidit in febrem. Quo in morbo cum eam quodam die anima defecisset, ut se collegit, Ubi, inquit, eram? Et adstantes intuens, Ponite hic Matrem vestram: tantum vos rogo, ut ad altare Domini memineritis mei. Nono autem die beata mulier animam Deo reddidit. Ejus corpus ibi in Ecclesia sanctæ Aureæ sepultum est: quod postea Martino quinto summo Pontifice Romam translatum, in Ec-

clesia sancti Augustini honorificè conditum est.

R. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, alleluja.

Y. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

*Ex lib. 9. Conf. cap. 12.*

*Lectio vi.*

**S**ubdit verò Augustinus de matris morte disserens; neque enim decere arbitrabamur funus illud questibus lacrymosis, gemitibusque celebrare, quia illa nec miserè, nec omninò moriebatur; hoc & documentis morum ejus, & fide non ficta, rationibusque certis tenebamus. Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum Ancillam tuam, conversationemque ejus piam in te, & sanctam; in nos blandam, atque morigeram, qua subito desitutus sum, & libuit flere de illa, & pro illa: si quis peccatum invenerit flevisse me Matrem meam exigua parte horæ, Matrem oculis meis mortuam, quæ me multos annos fleverat, ut oculis tuis viverem; non irrideat, sed potius, si est grandi charitate,

pro

pro peccatis meis fleat ipse,  
ad te Patrem omnium fra-  
trum Christi tui.

R. Fallax gratia, & vana est  
pulchritudo: \* Mulier timens  
Deum, ipsa laudabitur, alle-  
luja.

V. Date ei de fructu manuum  
suarum, & laudent eam in  
portis opera ejus. Mulier.  
Gloria Patri. Mulier.

*In tertio Nocturno.*

Lectio Sancti Evangelii se-  
cundum Lucam.

*Lectio vii. Cap. 7.*

**I**n illo tempore: Ibat Jesus  
in civitatem, quæ vocatur  
Naim; & ibant cum eo disci-  
puli ejus, & turba copiosa.  
Et reliqua.

Homilia sancti Evangelii  
Episcopi.

*Serm. 44. de verbis Domini.*

**D**E Juvenc illo resuscitato  
gavisa est mater vidua:  
de hominibus quotidie in spi-  
ritu resuscitatis gaudet Mater  
Ecclesia. Ille quidem mor-  
tuus erat corpore: illi autem  
mente. Illius mors visibilis  
visibiliter plangebatur: illo-  
rum mors invisibilis nec que-  
rebatur, nec videbatur. Qua-  
sivit ille, qui noverat mor-  
tuos. Ille solus noverat mor-  
tuos, qui poterat facere vivos.

Nisi enim ad mortuos susci-  
tandos venisset, Apostolus  
non diceret: Surge qui dor-  
mis, & exurge à mortuis, &  
illuminabit te Christus.

R. Os suum aperuit sapien-  
tiæ, & lex clementiæ in lin-  
gua ejus: consideravit semitas  
domus tuæ, \* Et panem otio-  
sa non comedit, alleluja.

V. Gustavic, & vidit, quia  
bona est negotiatio ejus: non  
extinguetur in nocte lucerna  
ejus. Et.

*Lectio viij.*

**T**res autem mortuos in-  
venimus à Domino re-  
suscitados visibiliter, millia  
invisibiliter. Quot autem  
mortuos visibiliter suscitave-  
rit, quis novit? Non enim om-  
nia, quæ fecit, scripta sunt.  
Joannes hoc dicit: Multa alia  
fecit Jesus, quæ si scripta es-  
sent, arbor totum mun-  
dum non posse libros capere.  
Multi sunt ergo alii sine du-  
bio suscitati, sed non frustra  
tres commemorati. Dominus  
enim noster Jesus Christus ea,  
quæ faciebat corporaliter,  
etiam spiritaliter volebat in-  
telligi. Neque enim tantum  
miracula propter miracula  
faciebat, sed ut illa, quæ fa-  
ciebat, mira essent videntibus,  
vera essent intelligentibus.

Regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contempti propter amorem Domini mei Jesu Christi: \* Quæ vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi, alleluja.   
 V. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem. Gloria Patri. Quem. *Lectio ix.*

**Q**uemadmodum qui videt litteras in codice optimè scripto, & non novit legere, laudat quidem antiquarii manum, admirans apicum pulchritudinem: sed quid sibi velint, quid indicent illi apices, nescit, & est oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem & laudat artificium, & capit intellectum: ille utique non solum videre, quod commune est omnibus, potest, sed etiam legere; quod qui non didicit, non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, & non intellexerunt, quid sibi vellent, & quid intelligentibus quodammo do innuerent, mirati sunt tantum, quia facta sunt: alii verò & facta mirati, & intellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus.   
 Te Deum. 13.

## DIE XVIII. MAIL.

*In festo S. Venantii m. Sem. In spl. Omnia de Communi unius Mart. tempore Paschali, vel extra, prout acciderit.*

*At Vesp. Capitulum. Sap. 5.*

**S**tabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustia verunt, & qui abutulerunt labores eorum.

*Ve! Capitulum. Jac. 1.*

**B**eatissimus vir, qui sustinet tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam reprobitur Deus diligentibus se.

*Hymnus.*

**M**artyr Dei Venantius  
 Lux, & decus Camerti  
 Tortore victo, & iudice,  
 Lætus triumphum concinit.

Annis puer, post vincula,  
 Post carceres, post verbera,  
 Longa fame frementibus  
 Cibus datur leonibus.

Sed ejus innocentie  
 Pareit leonum immanitas,  
 Pedesque lambunt Martyris  
 Ira, famisque immemores.

Verbo deorum cogitur  
 Haurire tum num vertice  
 Costas utrinque, & viscera,  
 Succenta lamas ustulat.

Sit laus Patri, sit Filio,  
 Tibique sancti Spiritus,  
 Da per preces Venantii  
 Beata

Beata nobis gaudia. Amen.

V. Sancti & iusti in Domino gaudete, alleluja.

R. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine: & aternitas temporum, alleluia. *Vel.*

V. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

*Oratio.*

**D**EUS, qui hunc diem beati Venantii Martyris tui triumpho consecrasti: exaudi preces populi tui, & presta: ut qui ejus merita veneramur, fidei constantiam imitemur. Per Dominum.

*Ad Matutinum, Invitat.*

Exultent in Domino sancti,  
\* Alleluia. *Regem Martyrum Dominum, \* Veni te adoremus. Psalm. Venite.*

*Hymnus.*

**A**thleta Christi nobilis  
Idola damnat Gentium,  
Deique amore laucius

Vitæ pericla despicit.

Loris revinctus alperis

E rupe præceps voluitur:

Spineta vultum lancinant,

Per saxa corpus scinditur.

Dum mēbra raptat Martyris

Languent siti satellites:

Signo Crucis Venantius

Erupe fontes elicit.

Bellator o fortissime,

Qui perfidis tortoribus

E caute præbes poculum,

Nos rote gratiæ irriga.

Sit laus Patri, sit Filio,

Tibique sancte Spiritus,

Da per preces Venantii

Beata nobis gaudia. Amen.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**V**ENANTIIUS Camers quindecim annis natus, cum Christianæ Religionis accusaretur apud Antiochum, qui sub Decio Imperatore Camerino præerat, in portu Civitatis Præsidi se obtulit, quem ille pollicitationibus, ac terroribus diu tentatum, flagris cædi, & vinculis astringi iussit; sed his mirabiliter ab Angelo solutus, lampadibus postea adurit, atque inverso ore fumo supposito suspenditur. Ejus constantiam in tormentis demiratus

Anastafius Cornicularius, & quòd eum ab Angelo iterum solutum candida veste supra fumum ambulatè vidisset, in Christum credidit, & à beato Porphyrio Presbytero cum familia baptizatus, paulò post martyrii palmam cum eodem promeruit.

R. Lux perpetua.

Vel. Honestum fecit.

Lectio v.

**A**T Venantius Præsidi constitutus, & ab eo iterum frustra tentatus, ut Christi fidem desereret, in carcerem conjicitur, quò Attalus Præco mittitur, qui ei dicat, se quoque Christianum fuisse, & ei nomini propterea renunciaffe, quòd cognovisset inane esse fidei commentum, quo Christiani presentibus se abdicant ob vanam futurorum spem. Verum nobilis Christi athleta callidi hostis insidias non ignorans, diaboli ministrum à se penitus rejicit; quare ad præsidem iterum adducto contusi sunt dentes, maxillæque confractæ, atque ita cæsus in sterquilinum deicitur. Sed inde ab Angelo quoque ereptus, rursus stetit ante Judicem, qui Venantio ad hunc loquente è tribunali

cecidit, & in ea voce, Verus est Venantii Deus, nostros Deos destruite exclamans, expiravit.

R. In servis suis.

Vel. Desiderium.

Lectio vi.

**Q**UOD cum Præsidi nunciatum esset, extemplo Venantium leonibus obijci iussit, qui naturali feritate omnia, ad ejus se pedes abiecerunt, interim ille populum Christi fidem edocebat, quare inde amotus, iterum in carcerem traditur: cumque postmodum Præsidi referret Porphyrius, se per visum noctu populos, quos Venantius aqua tingebat, clarissima luce fulgentes, ipsum verò præsidem obscurissima caligine opertum vidisse; Prætes ira incensus, eum illicò capite plecti imperat; deinde Venantium per loca vepribus, & carduis confita trahi utque ad vesperam. Is cum semianimis relictus esset, manè se iterum præsidem præsentavit, cujus iussu statim è rupe precipitatur, sed inde etiam divinitus ereptus, denuò per loca aspera ad mille passus trahitur, ubi militibus siti estuantibus in proxima convalle ex lapide

## Hymnus.

lapide, in quo & genuum tormam reliquit, sicut etiam nunc in ejus Ecclesia videre licet, Crucis signo à Venantio factò, aquæ manarunt. Eo miraculo plures permoti in Christum crediderunt, quos omnes Præsès eò loci unà cum Venantio, capite feriri iussit. Fulgura, & terræmotus eo tempore ita magni fuere, ut Præsès aufugeret, qui paucis tamen post diebus divinam haud valens effugere justitiam, turpissimam mortem oppetiit: Christiani interim Venantii, & aliorum corpora honorifico loco sepelierunt, quæ Camerini in Ecclesia Venantio dicata condita adhuc sunt. &. Filie Jerusalem. *Vel.* Stola jucunditatis.

*In iij. Noct. Hom. S. Augustini Episc. in Evang. Ego sum vitis vera, & Pater meus, &c. ut in Communi Martyrum tempore Paschali.*

*Extra tempus Pasch. Hom. S. Gregorii Papa in Evang. Si quis venit. de Communi unius Mari. j. loco.*

*Ad Laudes, & per Horas Antiphona. Sancti tui Domine. Vel Qui me confessus fuerit.*

*Capitulum, ut supra.*

**D**Um nocte pulsa Lucifer Diè propinquâ nunciat, Nobis refert Venantius Lucis beatæ munera. Nam criminum caliginem, Stygisque noctem depulit, Veroque cives lumine Divinitatis imbuat. Aquis sacri Baptismatis, Lustravit ille patriam Quos tinxit unda milites, In astra mittit Martyres. Nunc An elorum particeps Adesto votis supplicum: Procul repelle crimina Tuumque lumeningere. Sit laus Patri, sit Filio, Tibique sancte Spiritus, Da per preces Venantii Beata nobis gaudia. Amen.

Ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, allel.

&. Mors sanctorum ejus, allel. *Ad Benedictus, Ant. Filie Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die solemnitatis, & lætitiæ, alleluja, alleluja. Vel.*

Ÿ. Justus ut palma florebit.

&. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

*Ad Benedictus, Ant.*

Qui odit animam suam in hoc

25.  
hoc mundo, in vitam eter-  
nitate custodit eam.

*Gratio, ut supra.*

*Ve p. celex. comm. preced.*

**D. E. XIX. MAII.**

*In festo S. Petri [Caletini] Pa-  
pa, & Conell.*

*Duplex. Oratio*

**D**Eus, qui beatum Petrum  
Caelici num ad summum  
Pontificatus apicem sublima-  
sti, quique illum humilitati  
postponere docuisti; concede  
propitius, ut ejus exemplo  
cuncta mundi despiciere, &  
ad promissa humilibus pre-  
mia pervenire feliciter me-  
reamur. Per Dominum.

*Deinde sit commem. S. Venan-  
tii mart. An. Sancti & just.*

*Vel Antiph. Qui vult venire,  
¶ Justus ut palma.*

*Oratio ut supra.*

*Postea S. Pudentiana Virg.  
Antiph. Veni sponsa Christi.  
¶ Specie tua.*

*Oratio. Exaudi nos Deus. de  
Communi Virginum.*

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.  
In secundo Nocturno.*

*Leitio iv.*

**P**etrus à nomine, quo  
Pontifex est appellatus;  
Caelestius dictus, hone-  
stis, Catholicisque parentibus

**FESTA MAII**

Aeternis in Sannitibus na-  
tus; adolescentiam vix in-  
gressus, ut animum à mundi  
illicebri custodiret, in solitu-  
dinem secessit. Ibi contempla-  
tionibus mentem nutrens,  
corpus in servitutem redi-  
gens, ferream catenam ad nu-  
dam carnem adhibebat. Con-  
gregationem, quae postea Cae-  
lestinorum dicta est, sub Re-  
gula sancti Benedicti instituit.  
Hinc quasi lucerna supra  
candelabrum posita, cum ab-  
condi nequiret (Romana Ec-  
clesia diu viduata Pastore) in  
Petri cathedram ignorans,  
& abiens astitit, magna no-  
vitas admiratione non mi-  
nus, quam repentino gaudio  
cunctos affecit. Cum autem  
in Pontificatus sublimitate  
collocatus, variis dissentis cur-  
ris, allueis incumbere medi-  
tationibus vix se posse cogno-  
sceret; oneri pariter, & hono-  
ri voluntarie cessit; indeque  
praecam vitae rationem rep-  
tens, obdormivit in Domino.  
Ejusque pretiosam mortem  
Crux praefulgens in aere ante  
cubiculi ostium, reddidit am-  
plius gloriosam. Miraculis  
multis tam vivens, quam post  
obitum claruit, quibus ritè  
examinatis, Clemens quatuor  
anno

anno post quàm decessit undecimo, Sanctorum numero adscripsit.

℞. Inveni David. 11.

Ex lib. Moral. S. Gregor. Pape.

Lib. 10. c. 16. in c. 12. Job.

Lectio v.

**D**eridetur justii simplicitas: Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ facta sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia viui a juvenibus scitur; hæc a pueris pretio discitur; hæc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hæc qui nesciunt, subiecti, & si nidi in aliis mirantur; quia ab eis hæc eadem duplicitatis iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas, urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit: honorum culmina querere, adæpta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciter reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere: cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

℞. Potui adjutorium. 11.

Lectio vi.

**A**T contra, sapientia justorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, veræ ut sunt, fingere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quàm facere; nullam injuriæ ultionem querere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur, quia ab hujus mundi sapientibus, puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim, quod iano center agitur, ab eis proculdubio stultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quàm mentem verbis ostendere, nil calida machinatione simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, possessa relinquere, rapti non resistere, percutienti alteram maxillam præbere?

℞. Ille est, qui ante Deum. 12.

In iij. Noct. Hom. Venerabilis Bedæ in Eva. g. Eccen nos reliquimus, omnia. ut in Conversione sancti Pauli 25. Januarii.

℞. vij. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ

gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum.   
 V. Induit eum Dominus lorica-  
 cam fidei, & ornavit eum. Et.  
 R. viij. Sint lumbi vestri præ-  
 cincti, & lucernæ ardentes in  
 manibus vestris: \* Et vos si-  
 miles hominibus expectanti-  
 bus dominum suum, quando  
 revertatur à nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nesci-  
 tis, qua hora Dominus vester  
 venturus sit. Et vos. Gloria  
 Patri. Et vos.

*Nona Lectio S. Prudentiana  
 virg. cum eius commemor. in  
 Laudibus.*

*Si autem hoc festum venerit  
 Feria ii. vel iv. Rogationum  
 omittitur Lect. de S. Prudentia-  
 na, & legitur de Feria, & de  
 ea fit comm. in Laud. ac S. Pu-  
 dentiana (quod in similibus ser-  
 vatur) & in Vesp. fit commemor.  
 sequentis.*

### DIE XXV. MAII.

*In festo S. Mariae Magdalena de  
 Pazzi Virginis. Semid.*

*Oratio.*

**D**Eus Virginitatis ama-  
 tor, qui beatam Mariam  
 Magdalenam Virginem, tuo  
 amore succensam, caelestibus  
 donis decorasti: da, ut quam  
 festiva celebritate venera-  
 mur, puritate, & charitate

imitemur. Per Dominum nos-  
 trum.

*Deinde fit commemor. S. Urbani  
 Papa, & mart.*

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.  
 In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**M**ARIA Magdalena illu-  
 striori Pazziorum  
 genere Florentiæ nata, ferè  
 ab incunabulis iter perfectio-  
 nis arripuit. Decennis perpe-  
 tuam virginitatem vovit, sus-  
 ceptoque habitu in Mona-  
 sterio sancte Mariæ Angelo-  
 rum Ordinis Carmelitarum,  
 se omnium virtutum exem-  
 plar exhibuit. Ad eam casta-  
 luit, ut, quicquid puritatem  
 ledere potest, penitus ignora-  
 verit. Quinquennium, Deo  
 jubente, solo pane, & aqua  
 transegit, exceptis diebus Do-  
 minicis, quibus cibis quadra-  
 gesimalibus vesceretur. Cor-  
 pus suum cilicio, flagellis, tri-  
 gore, inedia, vigiliis, nuditate,  
 atque omni poenatum genere  
 cruciabat.

R. Propter veritatem, &  
 mansuetudinem, & justitiam:  
 \* Et deducet te mirabiliter  
 dextera tua, alleluja.

V. Specie tua, & pulchritudine  
 tua, intendè, prosperè proce-  
 de, & regna. Et deducet.

*Le-*

## Lectio v.

**T**anto igne divini amoris aestuabat, ut eo ferendo impar, ingesta aqua pectus refrigerare cogeretur. Extra sensus frequenter rapta diurnas & admirabiles extases passa est, in quibus & arcana cœlestia penetravit, & exiniis à Deo gratis illustrata fuit. His autem munita longum certamen à principibus tenebrarum sustinuit, arida, desolata, ab omnibus derelicta, variisque tentationibus vexata; Deo sic permittente, ut invictæ patientiæ ac profundissimæ humilitatis exemplar præberet.

℞. Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, allelu.

℥. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

## Lectio vi.

**C**haritate erga proximum singulariter enituit; nã sæpè noctes ducebat insonnes, vel obeundis Sororum ministeriis, vel intersiendo infirmis occupata, quarum aliquando ulcera lambens sanavit. Infidelium & peccatorum perditionem amarè de-

fleus, se ad quolibet pro illorum salute tormenta paratam offerebat. Multis ante obitum annis, universis cœli deliciis, quibus copiosè affluebat, heroica virtute renuncians, illud frequenter in ore habebat, Pati, non mori. Tandem longa & gravissima infirmitate exhausta transivit ad Sponsum die vigesima quinta Maii, anno millesimo sexcentesimo, septimo, expleto anno quadragesimo primo ætatis suæ. Eam multis in vita, & post mortem miraculis claram, Clemens nonus sanctarum Virginum numero adscripsit, cuius corpus in præsentem diem incorruptum conservatur.

℞. Asserentur Regi virgines post eam, proximæ ejus, \* Asserentur tibi in lætitia & exultatione, alleluja.

℥. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Asserentur.

Gloria. Asserentur.

In iij. Noct. Homil. S. Gregorij Papa, in Evang. Simile erit regnum cœlorum decem virginibus. ut in Comm. Virginum.

ix. Lectio de S. Urbano Papa, & mart. cum eius commentis in Laudib.

*Si autem hoc festum venerit  
Ieria ij vel iv. Rogat, servetur  
Kulm. a posita in festo S. Petri  
Cælestini.*

*Vesp. de S. Philippo Nerio,  
cum commem. S. Mariae Mag-  
dalena, deinde S. Eligii Pæ-  
pa, & maris.*

## DIE X. JUNII.

*In festo S. Margaritæ Scotorum  
Regina. Semid.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatam Mar-  
garitam Scotorum Re-  
ginam eximia in pauperes  
charitate mirabilem effecisti:  
da ut ejus intercessione, &  
exemplo, tua in cordibus no-  
stris charitas jugiter augeat-  
ur. Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.  
In jecundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**M**argarita Scotorum  
Regina paterno An-  
glia Regum, materno Cæsa-  
rum tan. vine clarissima, il-  
lustrior adhuc fuit christiana  
virtute. Hæc in Hungaria na-  
ta, ubi Pater tunc temporis  
exultabat, post exactam sum-  
ma cum pietate puerilem  
etatem, unâ cum genitore,  
qui à sancto Eduardo patruo  
Anglorum Rege ad paterni  
Regni fastigium vocabatur,

in Angliam venit. Mox alter-  
nante Parentum fortuna, ex  
Angliæ littore solvens, vi  
tempestatas, expulsa, leu ve-  
rius divina Providentiæ con-  
silio deducta est in oram ma-  
ritimam Scotiæ. Ibi cum ex  
Matis imperio Malcholmo  
tertio Scotorum Regi egre-  
giæ ejus dotibus capto nupsit-  
set, sanctimonix, ac pietatis  
operibus triginta, quibus re-  
gnavit, annis toti Regno mi-  
rifice protuit.

¶ Propter veritatem 17.

*Lectio v.*

**I**nter regales delicias cor-  
pus afflictationibus, ac vi-  
giliis macerans, magnam no-  
ctis partem piis precationibus  
extradebat. Præter alia jeju-  
nia, quæ identidem usurpabat,  
integros quadraginta dies an-  
te natalitia festa tanta cum  
severitate jejunare consuevit,  
ut ne in gravissimis quidem  
doloribus intermitterit. Divi-  
no cultui addictissima, tem-  
pla plura, & cœnobija partim  
ex integro excitavit, partim  
restituit, & sacra supellecti-  
li, ac largo censu doat vit. Re-  
gem conjugem ad meliorem  
frugem, & ad similia tuis exer-  
citationibus opera saluberrimo  
exemplo traduxit, liberol-

que

que omnes tam sanctè & feliciter educavit, ut eorum plerique, quemadmodum & Agatha mater, & Christiana soror, sanctissimum virginitatis genus amplexi sint. Universi deorum Regni torciciti consules, a vitiis omnibus, que furtim irreperant, populos expurgavit, eisque mores christiana pietate dignos restituit.

✠ Dilexisti justitiam. 17.

*Lectio vi.*

**N**ihil tamen æquè in illa mirabile fuit, ac flagrantissima charitas erga proximos, præsertim egenos, quorum uumerosis gregibus non modò stipem affatim suppeditare, verum etiam trecentis quotidie materna benignitate dapes præbere, flexis genibus in morem ancille ministrare, regis manibus pedes abluere, & pressis etiam osculis ulcera fovere solemne habuit. His porro, aliisque piis sumptibus non regias tantum vestes, & pretiosa monilia distraxit, sed ipsum non semel exhaustum ærarium. Toleratis demum ad patientiæ miraculum, acerbissimis doloribus, animam semestri corporis ægro-

tatione purgatam, Auctore suo quarto Idus Junii reddidit. Quo temporis momento facies ejus diuturni morbi macie ac pallore iccedata, insolita quadam venustate resplenduit. Miris etiam post mortem prodigiis clara, & Clementis decimi auctoritate in Scotia Patronam accepta, ubique terrarum religiosissime colitur. Cujus festum ab eodem Pontifice concilium Innocentius undecimus ad octavo Idus Julii transferri iussit.

✠ Fallax gratia, & vana est pulchritudo: \* Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. †. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier. Gloria Patri. Mulier.

*In tertio Noct. Hom. S. Gregorii Papa in Evangel. Thesauri abcondito. ut in eodem Communi.*

**DIE VIII. JULII.**

*In festo S. Elisabethæ Regine Portugallia. Semid.*

*Ad Vesperas, Antiph.*

*Dum esset Rex. cum reliquis de Laudibus, Psalmus. Dixit Dominus. cum reliquis de Communi virginum.*

*Capitulum. Prov. 31. b.*

**Mu-**

**M**ulierem fortem quis  
inveniet? procul, & de  
ultimis finibus pretium ejus.  
Confidit in ea cor viri sui; &  
spolis non indigebit.  
R. Deo gratias.

*Hymnus.*

**D**omare cordis impetus  
Elisabeth  
Fortis, inopique Deo,  
Servire regno prætulit.

In fulgidis recepta celi  
sedibus.

Sideræque domus  
Ditata sanctis gaudiis.  
Nunc regnat inter Cœlites  
beatior,

Et premit astra, docens  
Quæ vera sint regni bona.  
Patri potestas, Filioque glo-  
ria,

Perpetuumque decus  
Tibi sit, alma Spiritus.  
Amen.

ÿ. Ora pro nobis, beata Eli-  
sabeth.

R. Ut digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

*Ad Magnificat, Ant.*

Et nunc reges intelligite, eru-  
dimini, qui iudicatis terram.

*Oratio.*

**C**lementissime Deus, qui  
beatam Elisabeth Re-  
ginam, inter cæteras egregias  
dotes, bellici furoris sedandi

prærogativa decorasti: da no-  
bis ejus intercessione, post  
mortalis vitæ, quam supplici-  
ter petimus, pacem, ad æterna  
gaudia pervenire. Per Domi-  
num.

*Ad Matutinum, Invitat.*

Laudemus Deum nostrum,  
\* In sanctis operibus beate  
Elisabeth. *Hymnus.* Domare  
cordis. *ut supra.*

*In primo Noct. Antiph.*

Elevata est magnificentia,  
Elisabeth super cœlos.

*Psalmus.* Domine Dominus  
noster. *cum reliquis, ut in  
Communi Virginum.*

*Antiphona.*

Et ponam in te thronum  
meum, quia concupivit Rex  
speciem tuam.

*Ant.* Accepit benedictionem  
à Domino, & misericordiam  
à Deo salutari suo.

ÿ. Multæ filiæ congregave-  
runt divitias.

R. Tu supergressa es universas

*De Parabolis Salomonis. cap.  
31. b. Lectiones.* Mulierem for-  
tem. *ut in Communi Sanctarum  
mulierum.*

R. J. Regali e orta progenie  
triumphat in cœlis Elisabeth,  
triplici circumdata varietate  
meritorum: \* Nam in terra  
in triplici vitæ gradu posteris  
imi-

imitanda virtutum reliquit  
exempla.

Ÿ. Virginealem statum, con-  
jugalem, & vidualem inoffen-  
so pede cucurrit. Nam in.

℞. ij. Os suum aperuit sapien-  
tie: \* Et lex clementiæ in  
lingua ejus.

Ÿ. Quoniam prævenisti eam  
in benedictionibus dulcedinis.  
Et lex.

℞. iij. Desiderium animæ ejus  
tribuisti ei. Domine: \* Et vo-  
luntate labiorum ejus non  
fraudasti eam.

Ÿ. Scuto bonæ voluntatis  
tuæ coronasti eam. Et.

Gloria Patri. Et.

*In secundo Noctur. Añt.*

Propter veritatem, & man-  
suetudinem, & justitiam de-  
ducet te mirabiliter dextera  
tua. *Añt.* Arcum conteret,  
& confringet arma: & scuta  
comburet igni.

*Añt.* Justitia, & misericordia  
plena est dextera tua.

Ÿ. Virgâ tua, & baculus tuus.

℞. Ipsa me consolata sunt.

*Lectio iv.*

**E**lizabeth Aragoniæ Re-  
gibus ortam, Christi  
anno millesimo ducentesimo  
septuagesimo primo, in præ-  
sagium futuræ sanctimonie  
parentes, præter morem, re-

licto matris, aviæque nomi-  
ne, à magna ejus matertera,  
Thuringiæ domina, sanctam  
Elizabeth, in Baptismo nomi-  
natam voluere. Ubi nata est,  
statim patuit, quam felix ro-  
gam, regnorumque esset fu-  
tura pacatrix: natalitia enim  
ejus lætitia perniciosa avi,  
patrisque dissensiones in con-  
cordiam convertit. Pater ve-  
rò crescentis postea filiæ ad-  
miratus indolem, affirmabat  
fore, ut una Elizabeth reli-  
quas Aragoniorum Regum  
sanguine creatas feminas vir-  
tute longè superaret. Sic cœ-  
lestem ipsius vitam in con-  
temnendo corporis ornatu, in  
fugiendis voluptatibus, in je-  
junis frequentandis, in divi-  
nis precibus assidue recitan-  
dis, in charitatis operibus  
exercendis, veneratus, rerum  
suarum, regni que reiicitatem  
unius filiæ meritis referēbat  
acceptam. Tandem ubique  
nota, & à multis Principibus  
exoptata, Dionisio Lusitanie  
Regi Christianis cæremoniis  
rite est in matrimonium col-  
locata.

℞. Audi, si ia, & vide, & in-  
clina aurem tuam, & obli-  
scere populum tuum, & do-  
mum patris tui: \* Et concu-

pilceat Rex decorem tuum.  
 V. Specie tua, & pulchritudine tua, intendo, p[er] sperè pro-  
 cede, & regna. Et.

*Lectio v.*

**J**uncta conjugio, non mi-  
 norem excolendis virtuti-  
 bus, quàm liberis educan-  
 dis operam dabat, viro place-  
 re studens, sed magis Deo.  
 Mediam ferè anni partem so-  
 lo pane tolerabat, & aqua,  
 quæ, in quodam ipsius morbo  
 divinitus versa est in vinum,  
 cùm id à medicis præscriptum  
 bibere recusasset. Pauperis fe-  
 minæ ulcus horrendum ex-  
 olculata de repente sanavit.  
 Pecunias, pauperibus distri-  
 buendas, ut Regem laterent,  
 hiberno tempore in rosas  
 convertit. Virginem cæcam à  
 natiuitate illuminavit; mul-  
 tos alios solo Crucis signo à  
 gravissimis morbis liberavit,  
 plurima id genus miracula  
 patravit. Monasteria Colle-  
 gia, & Tempa non modò  
 extruxit, sed etiam magnificè  
 dotavit. In Regum discordiis  
 componèdis admirabilis fuit,  
 in privatis, publicisque mor-  
 talium subleuandis calami-  
 tibus indefessa.

\* Manum suam misit ad for-  
 tia: \* Manum suam aperuit

inopi, & palmas suas exten-  
 dit ad pauperem.

V. Dispersit, dedit pauperi-  
 bus, justitia ejus manet in  
 sæculum sæculi. Manum  
 suam.

*Lectio vi.*

**D**efuncto Rege Diony-  
 sio, sicut virginibus in  
 prima ætate, in matrimonio  
 conjugibus, ita viduis in so-  
 litudine, fuit omnium virtu-  
 tum exemplar. Illicò enim re-  
 ligiosis sanctæ Claræ vestibus  
 induta, regio funeri constan-  
 ter interfuit, ac paulò post  
 Compostellam proficiscens,  
 multa ex holoserico, argento,  
 auro, gemmisque donaria  
 pro Regis anima obtulit. In-  
 de reversa domum, quidquid  
 sibi charum, aut pretiosum  
 supererat, in sacros, ac pios  
 usus convertit: absolvendo-  
 que suo verè regio Conimbri-  
 censi virginum cœnobio, &  
 alendis pauperibus, & pro-  
 tegendis viduis, defendendis  
 pupillis, miseris omnibus ju-  
 vandis intenta, non sibi, sed  
 Deo, & mortalium omnium  
 commodis vivebat. Reges  
 duos filium, & generum pa-  
 cificatura, Stremotium no-  
 bile oppidum veniens, mor-  
 bo ex itinere contracto, ibi-  
 dem

dem à Virgine Deipara vi-  
sitata, sanctissime obiit, anno  
millesimo trecentesimo tri-  
gesimo sexto, die quarta Ju-  
lii. Post mortem multis mi-  
raculis claruit, præsertim  
suavissimo corporis jam per  
annos ferè trecentos incor-  
rupti odore: semper etiam  
Reginæ sanctæ cognomento  
celebris; tandem anno Jubi-  
læi, & nostræ salutis millesi-  
mo sexcentesimo vigesimo  
quinto totius Christiani or-  
bis concursu, & applausu, ab  
Urbano Octavo ritè inter  
Sanctos adscripta est.

R. Regnum mundi, & om-  
nem ornatum sæculi con-  
tempserunt propter amorem Do-  
mini mei Jesu Christi: \* Què  
vidi, quem amavi, in quem  
credidi, quem dilexi.

Y. Eructavit cor meum ver-  
bum bonum, dico ego ope-  
ra mea Regi. Quem.

Gloria Patri. Quem.

*In tercio Nocturno. Ant.*

Confessio, & pulchritudo in  
conspectu ejus, sanctitas, &  
magnificèntia in sanctifica-  
tione ejus. *Ant.* Annuntia-  
verunt cœli justitiam ejus, &  
viderunt omnes populi glo-  
riam ejus. *Ant.* Judicavit in  
justitia, & populos in æqui-

tate. Y. Ignis ante ipsam præ-  
cedet. R. Et inflammabit in  
circuito inimicos ejus.

*Homil. in Evang.* Simile est  
regnum cœlorum thesauro.  
*ut in Comisuni non Virgi-  
num. xcii.*

R. vii. Os suum aperuit sa-  
pientiæ, & lex clementiæ in  
lingua ejus, consideravit se-  
mitas domus suæ: \* Et loque-  
batur de testimoniis Domini.  
Y. Gustavit, & vidit, quia  
bona est negotiatio ejus, non  
extinguetur in nocte lucernæ  
ejus. Et.

R. viii. Invocavi, & venit in  
me spiritus sapientiæ, & præ-  
posui illam regnis, & sedibus:  
\* Et divitias nihil esse duxi in  
comparatione illius.

Y. Melior est enim sapientia  
cunctis opibus pretiosissimis,  
Et divitias. Gloria Patri. Et.

AD LAUDES,

*per Horas, Ant.*

Dum esset Rex in accu-  
bitu suo, nardus mea  
dedit odorem suavitatis.

*Psalms.* Dominus regnavit,  
*cum reliquis. 14.*

*Ant.* Et concupiscet Rex de-  
corem tuum, quia ipse est  
Dominus Deus tuus.

*Ant.* Potens in opere, &  
sermone lenivit iracundiam

Domini, & conciliavit cor  
patris ad filium.

*Ant.* Quasi arcus refulgens  
inter nebulas gloriæ, & quasi  
flos rosarum in diebus vernis.

*Ans.* Quasi stella matutina  
in medio nebulæ, & quasi  
luna plena in diebus suis.

*Capitulum.* Prov. 31. b.

**M**ulierem fortem quis  
inveniet? procul, & de  
ultimis finibus pretium ejus.  
Confidit in ea cor viri sui, &  
spoliis non indigebit.

℞. Deo gratias.

*Hymnus.*

**O**Pes, decusque Regium  
reliqueras,  
Elisabeth, Dei dicata nu-  
mini.

Recepta nunc bearis inter  
Angelos,

Libens ab hostium tuere  
nos dolis.

Præi, viamque dux salutis  
indica,

Sequemur. O sit una mens  
fidelium,

Odor bonus sit omnis actio,  
tuis

Id innuit rosis operta  
charitas.

Beata charitas in arce fide-  
rum

Potens locare nos per omne  
sæculum;

Patrique, Filioque summa  
gloria,

Tibique laus perennis,  
alme spiritus. Amen.

℥. Meritis, & precibus beatæ  
Elisabeth.

℞. Propitius esto, Domine,  
populo tuo.

*Ad Benedictus, Antiph.*

Tu gloria Jerusalem, tu læ-  
titia Israël, tu honorificentia  
populi tui.

*Oratio.* Clementissime Deus,  
*ut supra.* 512.

*Ad Tertiam, Antiphona.*

Et concupiscet Rex.

*Capitulum.* Mulierem fortem  
*ut supra.*

℞. *breve.* Specie tua, \* Et pul-  
chritudine tua. Specie.

℥. Intende, prosperè procede,  
& regna. Et pulchritudine

tua. Gloria Patri, Specie.

℥. Adjuvabit eam Deus vul-  
tu suo.

℞. Deus in medio ejus, non  
commovebitur.

*Ad Sextam, Antiphona.*

Potens in opere.

*Capitulum.* Prov. 31. c.

**M**ANUM suam aperuit  
inopi, & palmas suas  
extendit ad pauperem: non  
timebit domui suæ à frigori-  
bus nivis.

℞. *breve.* Adjuvabit eam:  
\* Deus

\* Deus vultu suo. Adjuvabit

R. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus. Gloria Patri. Adjuvabit.

V. Elegit eam Deus, & praelegit eam.

R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Ad Nonam, Antiphona.*

Quasi stella matutina.

*Capitulum. Prov. 31. c.*

**M**ultae filiae congregaverunt divitias: tu supergressa es universas: fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur.

R. *breve.* Elegit eam Deus, & praelegit eam. Elegit.

V. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et praelegit eam. Gloria Patri. Elegit.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in aeternum.

*In ii. Vesperis, Antiphona.*

Dum esset rex. *cum reliq. de Laudibus ut supra. Psalmus. Dixit Dominus. cum reliq. de Communi Virg. Capitulum. & Hymn. ut in primis. Vesp.*

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Elisabeth pacis, & patriae mater in caelo triumphans dona nobis pacem.

V. Ora pro nobis beata Elisabeth.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Oratio. Clementissime Deus. ut supra.*

**DIE XII. JULII.**

*In festo S. Joannis Gualberti Abbatis. Duplex.*

*Oratio.*

**I**ntercessio nos, quaesumus Domine, beati Joannis Gualberti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

*Et sit commemor. Ss. Naboris, & Felicis mart. in Vesp. & Laudibus, ut in Brevariario.*

*In j. Noct. Lect. de Script. occur. In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**J**oannes Gualbertus, Florentiae nobili genere natus dum patri obsequens rem militarem sequitur, Ugo unicus ejus frater occiditur a consanguineo: quem cum solum & inermem sancto Parasceves die Joannes armis ac militibus stipatus obviam haberet, ubi neuter alterum poterat declinare, ob sanctae Crucis reverentiam, quam homicida supplicem mortem

jam jam subiturus brachiis signabat, vitam ei clementer indulget. Hoste in fratrem recepto proximum sancti Miniatii templum oraturus ingreditur; ubi adoratam Crucifixi imaginem caput sibi flectere conspicit. Quo mirabili facto permotus Joannes, Deo exinde, etiam invito Patre, militare decernit, atque ibidem propriis sibi manibus comam totondit, ac Monasticum habitum induit: adeoque piis, ac religiosis virtutibus brevi coruscet: ut multis se perfectionis specimen ac normam præberet, ita ut ejusdem loci Abbate defuncto, communi omnium voto in Superiorem eligeretur. At Dei famulus cupiens subesse potius, quam præesse, ad majora Divina voluntate servatus, ad Camaldulensis Eremitam incolam Romualdum proficiscitur: à quo cœlicum sui instituti vaticinium accipit: tum suum Ordinem sub regula sancti Benedicti apud Umbrosam Vallem instituit.

✠. Honestam fecit. 4.

*Lectio v.*

**D**Einde plurimis ad eum ob ejus sanctitatis famam, undique convolanti-

bus, unà cum suis in socios adscitis, ad hæreticam & simoniacam pravitatem extirpandam, & Apostolicam fidem propagandam sedulo incumbit, innumera propterea in te & suis incommoda expertus. Nam ut eum, ejusque socios adversarii perdant, noctu sancti Salvii cœnobium repente aggrediuntur, templum incendunt, ades demoluntur, & Monachos omnes lethali vulnere sauciant, quos vir Dei unico Crucis signo incolumnes protinus reddit; & Petro ejus Monacho per immentum ardentissimumque ignem illaso mirabiliter transeunte, optatam sibi & suis tranquillitatem obtinet: inde simoniacam labem ab Hetruria expulit, ac in tota Italia fidem pristinae integritati restituit.

✠. Amavit eum. 5.

*Lectio vi.*

**M**ULTA funditus erexit Monasteria, eademque & alia ædificiis ac Regulari observantia instaurata, sanctis legibus communit, Ad egenos alendos sacram supellestem vendidit. Ad improbos coercendos elementa sibi famulari conspexit. Ad

**D**æmones cõprimendos Crucem, quaſi enſem adhibuit. Demum abſtinentiis, vigiliis, jejuiniis, orationibus, carnis infacerationibus, ac lenio conſectus, dum infirma valetudine gravaretur, Davi dica illa verba perſepè repetebat: Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. Jamque morti proximus, convocatos diſcipulos, ad fraternam concordiam cohortatur, & in Breviculo, cui conſepeliri voluit, juſſit hæc ſcribi: Ego Joannes credo, & conſiteor fidem, quam ſancti Apoſtoli prædicaverunt, & ſancti Patres in quatuor Cõciliis confirmaverunt. Tandem triduo Angelorum obſequio dignatus, ſeptuageſimum octavum annum agēs apud Paſſinianum, ubi ſumma veneratione colitur, migravit ad Dominum, anno ſalutis milleſimo ſeptuageſimo tertio, quarto Idus Julii. Quem Cœleſtinus tertius innumeris miraculis clarum, in Sanctorum numerum retulit.

✠. Iſte homo perfecit. 5.

*In tertio Nocturno.*

Leſtio ſancti Evangelii ſecundum Mattheum.

**I**n illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Audiftis, quia dictum eſt. Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Preſb.

*Lib. I. Comment. in c. 5. Matth.*

**E**Go autem dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderrunt vos. Multi præcepta Dei imbecillitate ſua, non ſanctorum viribus æſtimantes, putant eſſe impoſſibilia, quæ præcepta ſunt, & dicunt, ſufficere virtutibus, non odiſſe inimicos, cæterum diligere, plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sciendum eſt ergo, Chriſtum non impoſſibilia præcipere, ſed perfecta. Quæ fecit David in Saul & in Abſalom: Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus eſt, & Paulus anathema cupit eſſe pro perſecutoribus ſuis; hæc autem Jeſus & docuit, & fecit, dicens: Pater ignoſce illis: quod enim faciunt, neſciunt.

✠. Iſte eſt, qui ante Deum magnas viſtutes operatus eſt, & de omni corde ſuo laudavit Dominum: \* Ipſe inter-

cedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

*Lectio viii.*

**I**N reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætendere, ad habendam verò dilectionem nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum jejunare, nunquid potest dicere, non possum amare? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum servare, non possum res totas vendere, & pauperibus erogare: nunquid potest dicere non possum diligere inimicos?

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et.

Gloria Patri. Et.

*Lectio ix.*

**N**ON enim ibi aut pedes laborant currendo, aures audiendo, aut manus

operando laxantur, ut nos per ipsam excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur: Ite ad Orientem, & quaerite charitatem, navigate ad Occidentem, & invenietis dilectionem. Incus in nostro corde est, ubi redire jubemur, dicente Propheta: Redite pręvaricatores ad cor. Non enim in longinquis regionibus invenitur, quod à nobis patitur.

Te Deum laudamus.

*In ii. Vespis commemor. S. Anacleti Papę, & mart.*

DIE XV. JULII.

*In festo S. Henrici Confessoris. Semiduplex.*

*Omnis de Communi Confessoris non Pontificis prater Orationem, & Lectiones ii. Noctur.*

*Ant.* Similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.

R. Stulam glorię induit eum.

*Oratio.*

**D**EUS, qui hodierna die beatum Henricum, Confessorem tuum, è terreni culmine Imperii ad regnum eternum transfuisti: te supplices exoramus, ut sicut illum gratie tue ubertate pręventum,

illecebras sæculi superare fecisti: ita nos facias, ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum.

*In Hymno.* Iste Confessor: dicatur. Hac die laetus meruit supremos. Laudis honores.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iiii.*

**H**ENRICUS, cognomento Pius, è Duce Bavariz Rex Germaniz, ac postmodum Romanorum Imperator, temporalis Regni non contentus angustiis, pro adipiscenda immortalitatis corona sedulam æterno Regi exhibuit servitutem; Adepto enim Imperio, religioni amplificandæ studiosè incumbens, Ecclesias, ab infidelibus destructas, magnificentius reparavit, plurimisque largitionibus, & prædiis locupletavit. Monasteria, aliaque loca pia vel ipse edificavit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem, hæreditariis opibus fundatû, Beato Petro, Romanoque Pontifici vectigalem fecit. Benedictum Octavum, à quo Imperii coronam acceperat,

profugum excepit, suæque sedi restituit.

& Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

*Lectio v.*

**I**N Cassinensi Monasterio gravi detentus infirmitate à sancto Benedicto, insigni miraculo, sanatus est. Romanam Ecclesiam amplissimo diplomate muneratus, eidem tuendæ bellum adversus Gregcos suscepit, & Apuliam, diu ab illis possessam, recuperavit. Nihil, sine precibus agredi solitus, Angelum Domini, Sanctosque Martyres tutelares, pro se pugnantes ante aciem, interdum vidit. Divina autem protectus ope, barbaras nationes precibus magis quam armis expugnavit. Pannoniam adhuc infidellem, tradita Stefano Regi sorore sua in uxorem, eoque baptizato, ad Christi fidem perduxit. Virginitatem, raro exemplo, matrimonio junxit, sanctamque Congundam, conjugem suam, propinquis ejus,

quis, morti proximus, illibata  
tam restituit.

¶ Amavit eum Dominus, &  
ornavit eum: stolam gloriæ  
induit eum, \* Et ad portas  
paradisi coronavit eum.

¶ Induit eum Dominus lo-  
ricam fidei, & ornavit eum.  
Et ad portas.

*Lectio vi.*

**D**enique rebus omnibus,  
quæ ad Imperii hono-  
rem, & utilitatem pertine-  
bant, summa prudentia dis-  
positis, & illustribus per Gal-  
liam, Italiam, & Germaniam  
religiosæ munificentæ vesti-  
gis passim relictis, postquam  
heroicæ virtutis suavissimum  
odorem longè, latèque disten-  
derat, sanctitate, quam se-  
ptro clarior, ad Regni cœlestis  
præmia, consummatis vitæ  
laboribus, à Domino voca-  
tus est. Anno salutis millei-  
mo vigesimo quarto, cujus  
corpus in Ecclesia Beatorum  
Apostolorum Petri, & Pauli  
Bambergæ conditum fuit,  
statimque ad ejus tumulum  
multa miracula, Deo ipsium  
glorificante, patrata sunt,  
quibus postea ritè probatis,  
Eugenius Tertius Sactorum  
numero illum adscripsit.

¶. Iste homo perfecit omnia,

quæ locutus est ei Deus, &  
dixit ad eum: Ingredere in  
requiem meam: \* Quia te vi-  
di justum coram me ex om-  
nibus gentibus.

¶. Iste est, qui contempfit vi-  
tam mundi, & pervenit ad  
cœlestia regna. Quia.  
Gloria Patri. Quia.

*In iii. Nocturno Homilia S.  
Gregorii Papæ. Sint Iumbi.  
ut in Communi Conyessoris non  
Pontificis.*

DIE XXXI. JULII.

*In festo S. Ignatii Conf. Dupl.  
Lectiones i. & ii. Nocturni,  
ut in Breviario in eius festo.*

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Lucam.

*Lectio vii. Cap. 10.*

**I**n illo tempore: Designavit  
Dominus, & alios septua-  
ginta duos: & misit illos binos  
ante faciem suam in omnem  
civitatem & locum, quod erat  
iple venturus. Et reliqua.

Homil. sancti Gregorii Papæ.

*Homilia 17. in Evangelia.*

**D**ominus, & Salvator  
noster, fratres charissi-  
mi, aliquando nos sermoni-  
bus, aliquando verò operibus  
admonet. Ipsa etenim facta,  
ejus, præcepta sunt: quia dum  
aliquid tacitus facit, quid  
agere

agere debeamus innotescit .  
 Ecce enim binos in prædicationem discipulos mittit : quia duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi : & minus, quam inter duos, charitas haberi non potest . Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicitur ; sed dilectio in alterum tendit, ut charitas esse possit .

R. Iste est, qui ante Deū. *suprà.*

*Lectio viii.*

**E**Cce enim binos ad prædicandū discipulos Dominus mittit : quatenus hoc nobis tacitus innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet . Bene autem dicitur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quò erat ipse venturus . Prædicatores enim suos Dominus sequitur : quia prædicatione prævenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis præcurrunt : atque per hoc veritas in mente suscipitur .

R. Sint lumbi. *suprà.* *Lectio ix.*

**H**inc namque eisdem prædicatoribus Isajas di-

cit : Parate viam Domini re-  
 ctas facite semitas Dei nostri .  
 Hinc filiis Psalmista ait : Iter  
 facite ei, qui ascendit super  
 occasum . Super occasum  
 namque Dominus ascendit ;  
 quia unde in passione occu-  
 buit, inde majorem suam  
 gloriam resurgendo manife-  
 stavit . Super occasum videli-  
 cet ascendit ; quia mortem,  
 quam pertulit, resurgendo  
 calcavit . Ei ergo, qui ascen-  
 dit super occasum, iter faci-  
 mus, cum nos ejus gloriam  
 vestris mentibus prædica-  
 mus, ut eas & ipse post ve-  
 niens, per amoris sui præsen-  
 tiam illustret .

Te Deum laudamus .

**DIE VII. AUGUSTI.**

*In festo S. Caietani Conf.*

*Duplex .*

*Omnia de Communi Conf. non  
 Pont. præter ea, quæ hic habentur  
 propria .*

*In utrisque Vesperis, Ant.*  
 Querite primum regnum  
 Dei, & justiciam ejus, & hæc  
 omnia adjicientur vobis .

V. Amavit eum Dominus, &  
 ornavit eum .

R. Stulam gloriæ induit eum .

*Oratio .*

**D**Eus, qui beato Caietano  
 Confessori tuo Apo-  
 sto-

stolicam vivendi formam imitari tribuisti: da nobis ejus intercessione & exemplo in te semper confidere, & sola cœlestia desiderare. Per Dominum.

*Deinde fit comment S. Donati Episc. & mart. Antiph:* Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Oratio.*

**D**Eus tuorum gloria sacerdotum: præsta quesivimus, ut sancti martiris tui, & Episcopi Donati, cujus festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dominum.

*Inj. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno:*

*Lectio iv.*

**C**Ajetanus nobili Thienca gente Vicentiæ ortus, statim à Matre Deipara Virgini oblatus est. Mira à teneris annis morum innocentia in eo elucit, adeo ut Sanctus àb omnibus nuncuparetur. Jæris utriusque lauream Patavii adeptus, Romam pro-

fectus est, ubi inter Prælatos à Julio secundo collocatus, & Sacerdotio initiatus, tanto divini amoris æstu succensus est, ut relicta Aula se totum Deo mancipaverit. Nosocomii proprio are fundatis: etiam morbo pestilenti laborantibus, suis ipse manibus interviebat. Proximorum salutis assidua cura incumbabat, dictus propterea Venator animarum.

R. Honestum fecit. 4.

*Lectio v.*

**C**OLLAPSAM Ecclesiasticorum disciplinam ad formam Apostolicæ vitæ instaurare desiderans, Ordinem, Clericorum Regularium instituit, qui abdicata rerum omnium terrenarum sollicitudine; nec redditus possiderent, nec vitæ subsidia, à fidelibus peterent, sed solis elemosynis spontè oblati viverent. Itaque approbante Clemente septimo ad Aram maximam Basilicæ Vaticanæ unâ cum Joanne Petro Carafa Episcopo Theatino, qui postea Paulus quartus Pontifex Maximus fuit, & aliis duobus eximie pietatis viris, vota solemnata emisit. In Urbis direptione à militibus cru-

delissimè vexatus, ut pecuniâ proderet, quam dudum in ecclesies thesauros manus pauperum deportaverant; verbera, tormenta, & carceres invictâ patientia sustinuit. In suscepto vitæ instituto constantissimè perseveravit, soli divinæ providentiæ inhaerens, quam sibi nunquam defuisse, aliquando miracula comprobant.

§. Amavit eum. 5.

*Lectio vi.*

**D**ivini cultus studium, nitorem domus Dei, factorum Rituum observantiam, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiore usum maximè promovit. Hæresum monstra & latebras non semel detexit, ac profligavit. Orationem ad octo passim horas jugibus lacrymis protrahat: sæpè in extasim raptus, ac prophetiæ dono illustis. Romæ nocte natalitiæ ad Præsepe Domini infantem Jesum accipere meruit à Deipara in ulnas suas. Corpus integras noctes interdum verberationibus affligebat, nec unquam adduci potuit, ut vitæ asperitatem emolliret: testatus in cinere & cilicio velle se mori. Denique ex ani-

mi dolore concepto morbo, quòd offendi plebis seditione Deum videret, cælesti visione recreatus, Neapoli migravit in cælum: ibique corpus ejus in Ecclesia sancti Pauli magna religione colitur. Quem multis miraculis in vita, & post mortem gloriosum Clemens decimus Pontifex maximus Sanctorum numero adicipsit.

§. Iste homo perfecit. 5.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

*Lectio vii. Cap. 6.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire. Et reliqua.

Homil. S. Augustini Episc.

*Lib. 2. de Ser. Dom. in mote c. 14.*

**N**emo potest duobus dominis servire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est quod consequenter exponit, dicens: Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut alterum patietur, & alterum contemnet: Quæ verba diigentè consideranda sunt; nam, qui sint duo domini deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo servire & mammonæ.

Mam-

Mammona apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen: nam lucrum Punicè mammon dicitur. Sed qui seruit mammonæ, ille utique seruit, qui rebus terrenis meritò suæ perversitatis præpositus, magistratus hujus sæculi à Domino dicitur. Aut enim unum odio habebit homo, & alterum diliget, id est Deum: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum & perniciosum dominum, quisquis seruit mammonæ; sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo; & non eum diligit. Quis enim est qui diligit diabolum? sed tamen patitur. \* Ille est, qui ante. 20.

*Lectio viij.*

**I**Deò, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animæ vestræ quid edatis, neque corpori vestro quid induatis: ne fortè, quamvis jam superflua non querantur, propter ipsa necessaria cor duplicetur, & ad ipsa conquirenda nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur; id est, ut cum consilium alicui videamur volumus, nostrum emolu-

mentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus: & ideo nobis non videamur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt, quæ consequi volumus.

R. Sint lumbi vestri. 20.

*Pro S. Donato Lectio ix. Donatus parentibus. ut in Breviar. In Laud. ad Bened. Ana. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim Pater vester, quid vobis necesse sit.*

*Et sit commemor. S. Donati Episc. & mart. Antiph. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

ÿ. Justus, ut palma florebit, R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

*Oratio. Deus tuorum ut supra. In secundis Vesp. sit commemor. de S. Cyriaco, & socior. mart.*

**DIE XXIII. AUGUSTI.**

*In festo S. Philippi Beniti Ordinis Servorum B. M. V.*

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi Confessoris non Pontificis.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui per beatum Philippum Confessorem tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuisti: da

fa-

familis tuis prosperè. Mundi  
ex ejus imitatione despiciere,  
& cœlestia semper inquirere.  
Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occurr.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**P**Hilippus ex nobili Beni-  
tiorū familia Florentiæ  
natus, futuræ sanctitatis jam  
indè ab incunabulis indicium  
præbuit; Vix enim quintum  
ætatis mensem ingressus, lin-  
guam in voces mirificè soluit,  
hortatusque fuit Matrem, ut  
Deiparæ Servis elemosynam  
impertiret. Adolecens, dum  
Parisiis litterarum studia  
cum pietatis ardore conjun-  
geret, plurimos ad cœlestis  
Patriæ desiderium inflamma-  
vit. Reversus in Patriam, &  
singulari visione a Beatissima  
Virgine in Servorum suorum  
familiam nuper institutam  
vocatus in Senarij Montis  
antrum concessit, ubi aspe-  
ram quidem, jugi corporis  
castigatione, sed Christi Do-  
mini cruciatuum meditatio-  
ne suavem vitam duxit; in-  
deque per univèrsam penè  
Europam, magnamque Asiæ  
partem, quam Evangelicis  
prædicationibus obivit, sode-  
licita Septem Dolorum Dei

Matris instituit, suumque  
Ordinem eximio virtutum  
exemplo propagavit.  
R. Honestum fecit. 4

*Le. 110 v.*

**D**Ivinæ Charitatis, & Ca-  
tholicæ Fidei diutandæ  
ardore vehementer accensus,  
sui Ordinis Generalis reluc-  
tans, atque invitus, renun-  
ciatus, fratres ad prædican-  
dum Christi Evangelium in  
Scythiam misit; Ipse verò plu-  
rimas Italiæ Urbes concur-  
sans, gliscentes in eis Civium  
discordias composuit, mul-  
tasque ad Romani Pontificis  
obedienciam revocavit. ni-  
hilque de studio aliens salu-  
tis, omittens, perditissimos  
homines è vitiorum cœno ad  
penitentiam, ac Jesu Christi  
amorem perduxit. Orationi  
summòperè addictus, sæpè  
in extasim rapi vitus est.  
Virginitatem verò adeò co-  
luit, ut ad extremum usque  
spiritum voluntariis, ac du-  
rissimis supplicis illibatam  
custodierit.

R. Amavit eum. 5.

*Lectio vj.*

**E**ffloruit in eo jugiter sin-  
gularis erga pauperes  
misericordia; sed præcipuè  
cum apud Camæanum agri

Senensis Vicum Leprolo nudo eleemolynam petenti propriam, qua indutus erat, vestem fuit elargitus, qua ille contectus, statim a lepra mundatus est; cuius miraculi cum longè, lateque fama manasset, nonnulli ex Cardinalibus, qui Viterbium, Clemente Quarto vita functo, pro Successore deligendo convenierant in Philippum, cuius Cœlestem etiam prudentiam perfectam habebant, intenderunt. Quo comperto Vir Dei, ne fortè Pastoralis regiminis onus subire cogere tur apud Tuniatum Montè tandiù delituit, donec Gregorius Decimus Pontifex Maximus fuerit renunciatus; ubi Balneis, quæ etiam hodie sancti Philippi vocantur virtutem sanandi morbos suis precibus impetravit. Denique Tuderti anno millesimo ducentesimo octogesimo quinto in Christi Domini è Cruce penitentis amplexu, quem suam appellabat librum, Sanctissimè ex hac vita migravit. Ad ejus tumulum Cœci visum, Claudii gressum, Mortui vitam receperunt. Quibus, aliisque plurimis fulgentin Signus Clemens Decimus

Pontifex Maximus Sanctorum numero adscriptit.  
& Iste homo perfecit. 5.

*In iij. Noct. Hom. Venerab. Bedæ Præbyt. in Evang. Nolite timere pusillus grex. ix. Lect. Vigil. & de ea sit commens. in Laudibus, Antiph. & V. Feria currentis. Oratio ut in Breviario Missæ. Justus ut palma, & in ea sit commem. Vig.*

## DIE XXX. AUGUSTI.

*In jello S. Rosæ & sanctæ Mariæ Virginis Limana.*

Tertii Ordinis S. Dominici, Omnia de Communi Virginum præter Orationem, & lectiones secundi nocturni.

*Oratio.*

**B**onorum omnium largitor omnipotens Deus, qui beatam Rosam cœlestis gratiæ rore præventam virginitalis, & patientiæ decore Indis florescere voluisti da nobis famulis tuis ut in odorem suavitatis ejus currentes, Christi bonus odor effici mereamur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

*Lect. i. Noct. de Script. occurr. In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**P**rimus America Meridionalis flos sanctitatis virgo Rosa Christianis parent-

rentibus Linæ progenita, mox ab incunabilis claruit futuræ sanctimonix indicis: nam vultus infantis mirabiliter in rosæ effigiem transfiguratus huic nomini occasio- nem dedit, cui postea Virgo Deipara cognomen adjecit jubens vocari deinceps Ro- tam à sancta Maria. Quin- quennis votum perpetuæ vir- ginitatis emisit. Adultior, ne à parentibus ad nuptias cog- retur, clam sibi met venustis- simam capitis cæsariem præ- scidit. Jejunis supra humanū modum addicta, integras Quadragesimas transegit pa- ne abstinens, ac dietam solis quinque granulis mali citrini victans.

R. Propter veritatem.

*Lectio v.*

**H**Abitu Tertii Ordinis Sancti Dominici as- sumpto, pristinas vitæ aust- ritates duplicavit, oblongo, asperissimoque cicicio asparim minusculas acus junexit, sub velo coronam densis aculeis introrsus obarmatam, inter- diu, noctaque gestavit. Sanctæ Cathari & Senensis ardua premens vestigia catena fer- rea triplici nexu circumdu- cta, lumbos cinxit. Lectulam

sibi è truncis nodosis compo- suit, horumque vacuas commisuras fragminibus tes- tarum implevit. Cellulam sibi angustissimam struxit in extremo horti angulo, ubi cœlestium cōtemplationi de- dita, crebris disciplinis inedia, vigiliis corpusculum exte- nuans, at spiritu vegetata, larvas Dæmonum frequenti certamine victrix impavidè protrivit, ac superavit.

R. Dilexisti justitiam.

*Lectio vi.*

**Æ**Gr tudinem tormen- tis, domesticorum insultibus, linguarum mor- sibus dirè agitata, nondum sa- tis pro merito se affligi que- rebatur. Per quindecim annos ad pulcillas horas desolatio- ne spiritus, & ariditate miser- rime contabescens, forti animo tulit agones omni morte amariore. Exinde cœpit supernis abundare de- licis, illustrari visionibus, colliquetere seraphicis ardo- ribus; Angelo tutelari, sanctæ Catharinæ Senensi, Vir- gini Deiparæ inter assiduas apparitiones mirè familiaris à Christo has voces audire meruit: Rosa cordis mei; tu mihi Sponsa es. Denique

D Sponsa

Sponsi hujus Paradiso feliciter in vectam, plurimisque ante, & post obitum miraculis coruscant, Clemens Decimus Pontifex Maximus Sanctorum Virginum Catalogo ritu solemni adscripsit.

R. Afferentur Regi virgines.

*In ij. Noct. Homil. in Evang.*  
Simile erit regnum cœlorum decem Virginibus. *de Communi Virg.*

DIE XXXI. AUGUSTI.

*In festo S. Raymundi Nonnati Confess. Duplex.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui in liberandis Fidelibus tuis ab impiorum captivitate beatum Raymundum Nonnatum Confessorem tuum mirabilem effecisti: ejus nobis intercessionem concede, ut à peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

*Lectiones primi Nocturni,*  
Beatus vir, qui inventus, ut in *Communi Confessoris non Pontificis.*

*In secundo Nocturno,*

*Lectio iv.*

**R**aymundus Nonnatus cognomento dictus, quia præter communem naturæ legem è mortuæ matris

difsecto latere in lucem editus fuit, Portelli in Catalonia piis & nobilibus parentibus ortus, ab ipsa infantia futuræ sanctitatis indicia dedit. Nam puerila oblectamenta, mundi que illecebras respiciens ita pietatis operam dabat, ut omnes in puero adultam virtutem admirarentur. Crescente verò ætate litterarum studiis incubuit: sed mox jubente Patre vitam ruriagens, facellum sancti Nicolai in Portelli sinibus situm crebrò adibat, ut sacram Deiparæ imaginem, quæ in eo summa fidelium veneratione etiam nunc colitur, visitaret. Ibi effusus in preces ipsam Dei parentem, ut se in filium adoptare, viamque salutis, ac scientiam Sanctorum edocere dignaretur, enixè deprecabatur.

R. Honestum fecit. 4.

*Lectio v.*

**N**EC defuit votis ejus benignissima Virgo: ab ipsa enim intellexit gratissimum sibi fore, si Religionem sub titulo de Mercede, seu de Misericordia redemptionis captivorum (ea suggerente) nuper fundatam ingrederetur. Quam monitione percep-

pta,

pta, Barchinonam statim profectus, illud tam præcellentis erga proximum charitatis institutum amplexus est. Regulari igitur militiæ adscriptus, virginitatem, quã pridem beatæ Virgini consecraverat, perpetuò coluit, cæterisque virtutibus enituit, charitate præsertim erga Christianos, qui sub potestate Paganorum miseram in captivitate vitam debebant. Hos ut redimeret in Africam missus, cum jam multos à servitute liberasset, ne consumpta pecunia aliis item in proximo abnegandæ fidei discrimine constitutis deesset, se ipsum pignori dedit: sed cum ardentissimo salutis animarum desiderio succensus, plures Mahometanos suis concionibus ad Christum converteret, in arctam custodiam à Barbaris conjectus, variisque suppliciis cruciatus, mox labiis perforatis, & iera ferrea clausis, crudele martyrium diu sustinuit.

✠. Amavit cum. 5.

*Lectio vi.*

**O**B hæc, & alia fortiter gesta sanctitatis ejus fama longè, latèque diffusa est, qua permotus Gregorius

nonus in amplissimum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegium Raymundum adscripsit: sed vir Dei in ea dignitate ab omni pompa abhorrens, Religiosæ humilitatis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens, statim ac Cardonam pervenit, extremo morbo confectus Ecclesiasticis Sacramentis muniri summis precibus postulavit. Cumque morbus ingravesceret, & sacerdos diutius tardaret, Angelorum ministerio sub specie Religiosorum sui Ordinis apparentium salutarè viatico refectus fuit. Quo sumpto, & gratis Deo peractis, migravit ad Dominum Dominica ultima Augusti, anno millesimo ducentesimo quadragesimo. Mortui corpus, cum circa locum sepulturæ contentio orta esset, arca inclusum, & mulæ cæcæ impositum ad sacellum sancti Nicolai Dei nutu, delatum fuit, ut ibi tumularetur, ubi prima jecerat sanctioris vite fundamenta. Illic constructo sui Ordinis Cœnobio à confluentibus voti causa ex universa Catalonia fidelibus populis honoratur, variis miraculis & signis gloriosus.

D 2 ✠. Iste

FESTA SEPTEMBRIS.

*R.* Iste homo perfecit. 5.

*In tertio Noct. om. in Evang.*  
Sint lumbi vestri. ut in Com-  
muni Consequ. non Pontif.

*In ij. Vesperis fit commemor. S.*  
*Aegydi Abbatis, & SS. mart.*  
*duodecim fratrum.*

DIE II. SEPTEMBRIS.

*In festo S. Stephani Hungaria*  
*Regis Conf. Semidupl.*

*In Hyem. ad Ve p. & Matuti-*  
*num dicatur.*

Hac die lætus meruit su-  
premos.

Laudis honores.

*Oratio.*

**C**ONcede quaesumus Ec-  
clesiæ tuæ omnipotens  
Deus: ut beatum Stephanum  
Confessorem tuum, quem re-  
gnantem in terris propagato-  
rem habuit, propugnatorẽm  
habere mereatur gloriosum  
in cœlis. Per Dominum.

*Lect. j. Noct. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**S**TEPHANUS in Hungariam  
Christi fidem, & Regium  
nomine innoxit, Regia corona  
à Romano Pontifice impe-  
trata, ejusque jussu in Regem  
inunctus, Regnum Sedi Apo-  
stolicæ obtulit; varia pietatis  
domicilia Romæ, Hierosoly-  
mis, Constantinopolis; in-

Hungaria Archiepiscopatum  
Strigontensem, Episcopatus  
decem admirabili religione, &  
munificentia fundavit. Par-  
in pauperes amor, & liberali-  
tas: quos veluti Christum  
ipsum complectens, neminem  
à se mœrentem, ac vacuum  
unquam dimisit; quin ad eor-  
um inopiam sublevandam  
amplissimis facultatibus ero-  
gatis, domesticam quoque  
supellectilem eximia benigni-  
tate frequenter distribuit: suis  
insuper manibus lavare pau-  
perum pedes, noctu solus, &  
ignotus nosocomia frequen-  
tare, decumbentibus inservi-  
re, ac cetera charitatis officia  
exhibere contuevit: quarum  
virtutum meritò illius dexte-  
ra, resolutò cetero corpore,  
in corrupta permansit.

*R.* Honestum fecit. 4.

*Lectio v.*

**O**Randi studio noctes pe-  
nè totas dacebat in-  
solennes, atque in cœlestium  
rerum contemplatione defi-  
xus, interdum extra sensus  
raptus, sublimis in aera terri  
vilus fuit. Perduellium con-  
spirationes, ac validorum ho-  
stium impetus, miro prioris  
modo, non semel orationis  
præsidio evitavit. Sulceptum

ex **G**hisella Bavarica Sancti Henrici Imperatoris sorore, quam sibi matrimonio junxerat, Emericum filium tanta morum disciplina, talique pietate enutrivit, quantum ejus postea sanctitas declaravit. Regni verò negotia ita disposuit, ut accitis undique prudentissimus, ac sanctissimis Viris nihil unquam sine illorum consilio moliretur. Humillimis interim precibus in cinere, & cilicio. Deum deprecans; ut universum Hungariæ Regnum, antequam è vita migraret, Catholicum videre mereretur. Verè propter ingens dilatandæ fidei studium, illius gentis Apostolus nuncupatus, facta à Romano Pontifice ipsi, posterisque Regibus præterendæ Crucis potestate.

℞. Amavit eum. 5.

*Lectio vij.*

**D**Ei Gentricem, quam ardentissimè venerabatur, amplissimo in ejus honorem constructo templo, Hungariæ Patronam instituit; ab eadem vicissim Virgine receptus in cælum ipso suæ Assumptionis die, quem Hungari è Sancti Regis instituto Magnæ Dominae diem appel-

lant. Sacrum ejus corpus suavissimo fragrans odore, liquore cœlesti scatens, inter multa, & varia miracula, Romani Pontificis jussu, nobiliorem in locum translatum est, atque honorificè conditum. Ejus autem Festum Innocentius Undecimus Pontifex Maximus quarto nonas Septembris, ob insignem victoriam ab exercitu Leopoldi Primi Romanorum electi Imperatoris, & Hungariæ Regis eadem die in Budæ expugnatione, ope Divina, è Turcis reportatam, celebrandum instituit.

℞. Iste homo perfecit. 5.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vii. Cap. 19. b*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episc.

*Lib. 8. in Lucam.*

**B**ONUS ordo, ut vocaturus gentes, & Judæos jussurus interfici, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc præmitteret compara-

tionem, ne diceretur: Nihil dederat populo Judæorum, unde poterat melior fieri: ut qui ab eo, qui nihil recepit, exigitur? Non mediocris ista est mna, quam supra mulier Evangelica quia non invenit, lucernam accendit, lumine quærit admoto, gratulatur inventam.

R. Iste est, qui ante. 20.

*Lectio viii.*

**D**Enique ex una decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortasse ista moralia habet, quia quinque sunt corporis sensus: ille duplicia, idest, mystica legis, & moralia probitatis. Unde & Mattheus quinque talenta, & duo talenta posuit. In quinque talentis, ut sint moralia, in duobus utrumque, mysticum atque morale. Ita quod numero inferius, re uberius.

R. Sint lumbi vestri. 20.

*Lectio ix.*

**E**T hic possumus decem mnas, decem verba intelligere, idest, Legis doctrinam? quinque autem mnas, magisteria discipline. Sed legis peritum in omnibus volo esse perfectum. Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Benè au-

tem quia de Judeis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam defertunt; non utique aris, sed dispensationis usuris. Alia est enim pecuniæ tenebris, alia doctrinæ cœlestis usura.

Te Deum laudamus.

**D O M I N I C A**

*infra Octavam Nativitatis B. Mariae Virginis celebratur Festum SS. Nominis ejusdem B. Mariae Virginis.*

*Duplex majus.*

**A D V E S P E R A S,**

*Antiph. Dum elset Rex. cum reliq. Antiphonis, & Psalm. ut in Officio parvo B. Mariae Capit. Ab initio.*

*Hymnus. Ave maris stella.*

*Ps. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.*

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

*Ad Magnificat, Antiph.*

Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, remove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto semineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tui sancti Nominis commemorationem.

*Oratio.*

**C**oncede, quæsumus omnipotens Deus, ut fideles

festati, qui sub sanctissime  
Virginis Mariæ Nomine, &  
protectione latantur: ejus  
pia intercessione, à cunctis  
malis liberentur in terris, &  
ad gaudia æterna pervenire  
mereantur in cœlis. Per Do-  
minum.

*Deinde fit comm. Dominica cur.*

*Ad Matutinum, Invitatoriu.*

Sancta Maria Dei Genitrix  
Virgo, \* Intercede pro nobis  
Psa. Venite Hym. Quæ terra.  
Antiph. Psalm. & V. Nocturn.

*ut in Officio parvo B. Mariæ.  
In j. Noct. Lect. de Parabolis  
Salomonis. Ego sapientia. cum  
R. ut in festo S. Mariæ ad  
Nives.*

*In secundo Nocturno.*

Sermo S. Bernardi Abb.

*Ex Hom. 2. sup. miss. est circ. fin.  
Lectio iv.*

**E**T nomen, inquit, Virgi-  
nis Maria. Loquamur  
pauca, & super hoc Nomine,  
quod interpretatum Maris  
Stella dicitur, & Matri Vir-  
gini valde convenienter apta-  
tur. Ipsa namque aptissime  
syderi comparatur. Quia  
sicut sine sui corruptione sy-  
dus suam emittit radium, sic  
abique sui læsione Virgo par-  
turivit filium. Nec syderi ra-  
dius suam minuit claritatem,

nec Virgini filius suam inte-  
gritatem. Ipsa est igitur nobis  
illa Stella ex Jacob orta,  
cujus radius universum orbem  
illuminat; cujus splendor &  
præfulget in supernis, & infe-  
ros penetrat, terras etiam  
perlustrans, & calefaciens  
magis mentes, quam corpora.  
lovet virtutes, excoquit vi-  
tia. Ipsa, inquam, est præcla-  
ra, & eximia Stella super hoc  
mare magnum, & spatiosum  
necessario sublevata, micans  
meritis, illustrans exemplis.  
R. Sicut cedrus exaltata tum  
in Libano, & sicut cypripus  
in monte Sion: quasi myrrha  
selecta, \* Dedi tuavitatem  
odoris.

V. Et sicut cinnamomum, &  
balsamum aromatizans. Dedi.

*Lectio v.*

**O** Quisquis te intelligis in  
hujus sæculi profluvio  
magis inter procellas, & tem-  
pestates fluctuare, quam per  
terram ambulare: ne avertas  
oculos à fulgore hujus syde-  
ris, si non vis obrui procellis.  
Si inurgant venti tentationum,  
si incurras scopulos tribula-  
tionum, respice Stellam, voca  
Mariam. Si jactaris superbiæ  
undis, si ambitionis, si detra-  
ctionis, si amulationis, respi-

ce Stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebris naviculam concusseris mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiae fæditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abyssu, cogita Mariam.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tanquam Jerusalem? \* Viderunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & Regine laudaverunt eam.

V. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Videntur.

*Lectio vi.*

**I**N periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deferas conversationis exempli. Ipsam sequens non devias; Ipsam rogans non desperas; Ipsam cogitans non erras; Ipsa tenente non corruis; Ipsa protegente non metuis; Ipsa duce non fatigaris; Ipsa propitia pervenis, & sic in temetipso experiris, quàm me-

rito dictum sit, Et Nomen Virginis Maria.

Quod quidem venerabile Nomen, jampridem in quibusdam Christiani Orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius Undecimus Romanus Pontifex, ob insignem victoriam sub ejusdem Virginis Mariæ præsidio de immanissimo Turcarum Tyranno cervicibus populi Christiani insultante Vienna in Austria partam, & in perenne tanti beneficii monumentum, in Ecclesia universali singulis annis Dominica infra Octavam Nativitatis beatæ Virginis Mariæ celebrari præcepit.

R. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dominus concupivit, \* Et videntes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt dicentes: \* Unguentum effusum nomen tuum. V. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et videntes. Gloria. Unguentum.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vii.*

**I**N illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in

civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph de domo David & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Ex Hom. S. Petri Chryſologi.

*Serm. 142. de Annuntiat.*

**A**udiftis hodie, fratres chariſſimi, Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audiftis agi, ut homo curſibus eiſdem, quibus dilapſus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria Angelus de ſalute, quia cum Eva Angelus egerat de ruina. Audiftis Angelum de carnis noſtræ limo Templum Divinæ Majeſtatis arte ineffabili conſtruentem. Audiftis in terris Deum, in cælis hominem Sacramento incomprehenſibili collocari. Audiftis inaudita ratione in uno corpore Deum, hominemque miſceri. Audiftis fragilem noſtræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari.

℞. Felix namque ex ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima. \* Quia ex te ortus eſt Sol juſtitia, Chriſtus Deus

noſter. ŷ. Ora pro populo; interveni pro Clero, intercede pro devoto ſemineo ſexu: ſentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam ſanctam commemorationem. Quia.

*Lectio viii.*

**D**enique ne tanto ponderi cœleſtis fabricæ in Maria ſubtilis noſtri corporis arena ſuccumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præceſſit, dicens: Ne timeas Maria. Ante cauſam dignitas Virginis annuntiat ex Nominine; Nam Maria hebræo ſermone, latinè Domina nuncupatur: Vocat ergo Angelus Dōminam, ut Dominatoris Gentricem trepidatio deſerat ſervitutis, quam naſci, & vocari Dominam ipſa ſui germinis fecit, & impetravit auctoritas: Ne timeas Maria, invenifti enim gratiam. Verum eſt, quia qui invenit gratiam, neſcit timere: Invenifti gratiam.

℞. Beatam m: dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potēs eſt: \* Et ſanctum nomen ejus.

ŷ. Et

Et misericordia ejus à pro-  
genie in progenies timentibus  
eum. Quia. Gloria Patri. Et  
sanctum.

*Lectio ix. de Homil: Dominica  
occurr:*

*Si autem idem Officium, jux-  
ta Rubricas Breviarii Romani  
transferendum sit 3 ix. Lectio  
erit sequens:*

Ex Epistola S. Leonis Pape ad  
Pulcheriam Augustam.

*Epist. 13. ante medium.*

**S**acramentum reconcilia-  
tionis nostræ ante tem-  
pora æterna dispositum, nul-  
la implebant figuræ; quia  
nondum supervenerat Spiri-  
tus sanctus in Virginem, nec  
virtus Altissimi obumbrave-  
rat ei, ut & intra intemeratâ  
viscera ædificante sibi Sapien-  
tiâ domum, Verbum caræ  
fieret, & forma Dei ac forma  
servi in unam conveniente  
personam, Creator temporû  
nascetur in tempore, & per  
quem facta sunt omnia, ipse  
inter omnia gigneretur. Nisi  
enim novus homo factus in  
similitudinem carnis peccati,  
nostram susciperet vetusta-  
tem, & consubstantialis Patri  
consubstantialis esse dignaretur,  
& matri, naturamque  
sibi nostram solus à peccato

liber veniret: sub iugo diaboli  
generaliter teneretur humana  
captivitas.

Te Deum laudamus,  
**A D L A U D E S,**

*per Horas, Antiphona.*

**D**um esset Rex in accubi-  
tu tuo, nardus mea de-  
dit odorem suavitatis *Psal.*  
Dominus regnavit. cum reliq.  
de Dominica, ut in P. alterio.  
*Añ.* Levâ ejus sub capite  
meo, & dextera illius ample-  
xabitur me.

*Añ.* Nigra sum, sed formosa,  
filia Jerusalem: ideo dilexit  
me Rex, & introduxit me in  
cubiculum suum.

*Añ.* Jam hiems transiit, im-  
ber abiit, & recessit: surge  
amica mea, & veni.

*Añ.* Speciosa facta es & suavis  
in deliciis tuis, sancta  
Dei Genitrix.

*Capitulum.* Ab initio.

*Hymn.* O Gloriosa Virginum,  
Diffusa est gratia in labiis  
tuis.

*R.* Propterea benedixit te  
Deus in æternam.

*Ad Benedictus, Anti-  
phona.*

Beata es Maria, quæ credi-  
disti: perficientur in te, quæ  
dicta sunt tibi à Domino,  
alleluja:

*Ora-*

*Oratio.*

**C**ONcede, quesumus omnipotens Deus, ut fideles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nomine, & protectione latantur: ejus pia intercessione, a cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia aterna pervenire mereantur in cœlis. Per Dominum.

*Cum comm. Dominica current.**Ad Tersiam. Ant. Leva ejus.**Capitulum. Ab initio.*

℞. *breve.* Specie tua, \* Et pulchritudine tua. Specie tua.

℣. Incede, prosperè procede, & regna. Et pulchritudine tua. Gloria Patri. Specie tua.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo. ℞. Deus in medio ejus, non commovebitur.

*Ad Sextam. Ant. Nigra sum.**Capitulum. Eccl. 24.*

**E**T sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea; & radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

℞. *breve.* Adjuvabit eam: \* Deus vultu suo. Adjuvabit.

℣. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu

suo. Gloria Patri. Adjuvabit eam. ℣. Elegit eam Deus, & prælegit eam. ℞. In tabernaculo tuo habitare facit eam.

*Ad Nonam. Ant. Speciosa.**Capitulum. Eccl. 24. b*

**I**N plateis, sicut cinnamomum, & ballamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℞. *breve.* Elegit eam Deus,

\* Et prælegit eam. Elegit.

℣. In tabernaculo tuo habitare facit eam. Et prælegit eam. Gloria Patri. Elegit.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

*In ij. Vesperis. Antiph. Psal.**Capitulum. Hymn. & ℣. ut in primis Vesp.**Al Magnificat. Antiph.*

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

*Oratio ut supra.**Postea fit comm. Dominica.*

DIE XXIV. SEPTEMB.

D O M I N I C A

*proximiori Kalendis Augusti.**Officium Beatissime Virginis**Mariæ de Mercede. Duplex.**Pro Regnis & Dictionibus universis**Carbolico Regi**subiectis.*

Omnis

*Omnia dicuntur, ut in festo  
ai Nives. prater ea, quæ se-  
quuntur. Oratio.*

**D**Eus, qui per gloriosissi-  
mam filii tui Matrem  
liberandos Christi fideles à  
potestate Paganorum nova  
Ecclesiam tuam prole am-  
plificare dignatus es: præsta  
quæsumus, ut quam piè ve-  
neramus tanti operis Institu-  
torem, ejus pariter meritis, &  
intercessione à peccatis om-  
nibus, & captivitate demonis  
liberemur. Per eundem  
Dominum.

*Deinde fit comm. Dominica.*

*Lectio iv.*

**Q**Uò tempore major, fe-  
liciorque Hispaniarum  
pays sive Saracenorum  
opprimebatur iugo, in nume-  
rique fideles sub iam ser-  
vitate maximo cum periculo  
Christianæ fidei abjurandæ,  
amittendæque salutis æternæ  
intenciter detinebantur; Bea-  
tissima cœlorum Regina tot,  
tantisque benigniter occurrès  
malis nimiam charitatem  
suam in his relinendis osten-  
dit. Nam sancto Petro No-  
bilitate pietate, & opibus floren-  
tissimus, qui sanctis vacans medita-  
tionibus juxta animo reco-  
gnoscebat, qua ratione tot Chri-

stianorum ærumnis sub Mau-  
rorum captivitate degentiù  
succurri posset, ipsamet Bea-  
tissima Virgo serena fronte  
se conspicendam dedit, & ac-  
ceptissimum sibi, ac unigenito  
suo Filio tore dixit, si suum  
in honorem institueretur or-  
do Religiosorum, quibus cura  
incumberet captivos è Tur-  
carum tyrannide liberandi:  
qua cœlesti visione Vir Dei  
recreatus, mirum est, quo  
charitatis ardore flagrare cœ-  
perit, hoc unum servans in  
corde tuo, ut ipse, ac insti-  
tuenda ab eo Religio maxi-  
mam charitatem sedulo exer-  
cerent, ut quisque animam  
suam poneret pro amicis, &  
proximis suis.

*R.* Sicut cedrus exaltata sum  
in Libano, & sicut cypressus  
in monte Sion: quasi myrrha  
electa, \* Dedi suavitatem  
odoris.

*V.* Et sicut cinnamomum, &  
balsamum aromatizās. Dedi.

*Lectio v.*

**E**A ipsa nocte eadē Virgo  
Santissima beato Ray-  
mundo de Pennafort, & Ja-  
cobo Aragoniæ Regi appa-  
ruit, id ipsum de Religiosis in-  
stituendis admonens, iua-  
denique ut opem pro con-  
flu-

structione tanti operis ferrent. Petrus autem statim ad Ra mundi pedes, qui ipsi erat a sacris confessionibus advolans, ei rem omnem aperuit, quem etiam coelitus instructum reperit, ejusque directioni se humilissime subjecit. At superveniens Jacobus Rex, quam & ipse acceperat a Beatissima Virgine revelationem exequi statuit. Unde collatis in eum se consiliis, & consentientibus animis in honorem ejusdem Virginis Matris Ordinem instituere aggressi sunt sub invocatione sanctae Mariae de Mercede redemptionis captivorum.

R. Quae est ista, quae processit sicut Sol, & formosa tanquam Jerusalem? \* Viderunt eam filiae Sion, & beatam dixerunt, & reginae laudaverunt eam.

R. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt.

*Lectio vi.*

**D**ie igitur decima Augusti anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo, Rex idem Jacobus eam institutionem jam pridem ab eisdem sanctis Viris conceptam exequi statuit, & sodalibus quarto voto adscri-

ctis manendi in pignus sub Paganorum potestate, si pro Christianorum liberatione opus iuent. Quibus recepit Arina sua Regia in pectore deferre concessit, & a Gregorio nono in hac tam praecellentis erga proximum charitatis imitanda & Religionem confirmari curavit. Sed & ipse Deus per Virginem Matrem incrementum dedit, ut talis institutio celerius ac felicius totam per orbem divulgaretur, sanctique Viris flouent charitate ac pietate insignibus, qui elemosinas à Christi fidelibus collectas in pretium redemptionis suorum proximorum expendebant, seque ipsos inter eam darent in redemptionem multorum. Ut autem tanti beneficii, & institutionis debite Deo, & Virgini Matri referantur gratiae, Sedes Apostolica hanc peculiarem festiuitatem celebrari, & officium recitari iussit, cum alia terè innumera eidem Ordini privilegia pariter contulisset.

R. Ornatam monibus suam Jerusalem Dominus concupivit: \* Et videntes eam filiae Sion, beatissimam predicaverunt, dicentes: \* Un-

gali-

guentum effusum nomen tuum.

ÿ. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Et Gloria Patri. Unguentum.

*In textio Nocturno, ut in eodem festo ad Nives.*

R. viij. Beata es Maria Dei genitrix patrona, & auxiliatrix nostra: \* Cujus nutu hæc tua ad fidelium redemptionem instituta est Religio.

ÿ. Tua sancta intercessione adjuva nos Virgo immaculata. Cujus.

Gloria Patri. Cujus.

*Nona Lectio de Hom. Dominica, cum ejus commem. in Laud. & ij. Vesp.*

### DIE X. OCTOBRIS.

*In festo S. Francisci Borgie Confessoris. Semiduplex.*

*Omnia de Comuni Confess. non Pontif. præter ea, que assignantur. Oratio.*

**D**omine Jesu Christe; vere humilitatis & exemplar, & præmium: quesumus, ut sicut beatum Franciscum in terreni honoris contemptu imitatore[m] tui gloriosum effecisti, ita nos ejussem imitationis, & gloriæ tribuas esse consortes. Qui vivis, & regnas.

*In j. Noct. Lect. de Scrip. occur.*  
*In ij. Nocturno.*

*Lectio jv.*

**F**ranciscus Gandiæ Dux Quartus, Joanne Borgia, & Joanna Aragonia Ferdinandi Catholici nepte genitus, post puerilem ætatem inter domesticos mira innocentia, & pietate transactam, in aula primùm Caroli V. Cæsaris mox in Catalaunia administratione admirabilior fuit Christianæ virtutis, & vitæ austerioris exemplis. Ad Granatense sepulchrum Isabellam Imperatricem cum detulisset, in ejus vultu fidem commutato, mortalium omnium caducitatem relegens, voto se adstrinxit, rebus omnibus, cum primum liceret, abiectis, Regum Regi unicè inserviendi. Inde tantum virtutis incrementum fecit, ut inter negotiorum turbas religiosæ perfectionis simillimam imaginem referent, Miraculum Principum appellaretur. R. Honestum. 4.

*Lectio v.*

**M**ortua Eleonora de Castro conjuge, ingressus est Societatem Jesu, ut in ea lateret securus, & præcluderet dignitatibus aditum, inter-

interpoſita voti religione ; dignus, quem & viri Principes complures in amplectendo ſe-  
 veriori inſtituto fuerint ſe-  
 quuti, & Carolus V. ipſe in  
 abdicando Imperio hortato-  
 rem ſibi, aut ducem extitiſſe  
 non diſſiteretur. In eo arctio-  
 riſ vite ſtudio Franciſcus je-  
 junius, catenis ferreis, aſperri-  
 mo cilicio, cruentis, longiſque  
 verberationibus, ſomno bre-  
 viſſimo, corpus ad extremam  
 niſque maciem redegit ; nullis  
 præterea parcens laboribus  
 ad ſui victoriam, & ad ſalu-  
 tem animarum. Tot itaque  
 inſtructus virtutibus, à S.  
 Ignatio primùm Generaliſ  
 Commiſſarius in Hiſpaniis,  
 nec multò poſt Præpoſitus  
 Generaliſ Tertius à Societa-  
 te univerſa, licèt invitus, eſi-  
 gitur. Quo in munere Prin-  
 cipibus, ac ſummis Pontifici-  
 bus prudentia, ac morum  
 ſanctitate apprime charus ;  
 præter complura vel condita,  
 vel aucta ubique domici-  
 lia, Socios in Regnum Polo-  
 niæ, in Inſulas Oceani, in  
 Mexicanam, & Peruanam  
 Provincias invexit ; miſſis  
 quoque in alias Regiones  
 Apoſtolicis viris, qui prædi-  
 catione, ſudoribus, ſanguine,

fidem Catholicam Romanam  
 propagarunt.  
 & Amavit eum. §.

## Lectio vi.

**D**E ſe ita demiffè ſentie-  
 bat, ut Peccatoris no-  
 men ſibi proprium faceret ;  
 Romanam purpuram à Sum-  
 mis Pontificibus ſapiùs obla-  
 tam, invicta humilitatis con-  
 ſtantia recuſavit. Verrere ſor-  
 des, emendicare victum oſtia-  
 tim, agris miniſtrare in No-  
 ſocomis, mundi, ac ſui con-  
 temptor, in deliciis habuit.  
 Singulis diebus multas conti-  
 nenter horas, frequenter octo,  
 quandoque decem dabat ce-  
 leſtium contemplationi. Cen-  
 ties quotidie de genu Deum  
 adorabat. Nunquam à ſacrifi-  
 cando abſtinuit: prodebatque  
 ſeſe divinus, quo eſtuabat,  
 ardor; ejus vultu ſacram Ho-  
 ſtiam offerentis, aut concio-  
 nantis interdum radiante.  
 Sanctiſſimum Chriſti Cor-  
 pus in Euchariftia latens, ubi  
 aſſervaretur, inſtinctu celeſti  
 ſentiebat. Cardinali Alexan-  
 drino ad conjungendos con-  
 tra Turcã Chriſtianos Prin-  
 cipes Legato comes additus à  
 Beato Pio V. arduum iter,  
 fractis jam penè viribus, ſu-  
 ſcepit ex obedientia, in qua  
 & vitæ

& vitæ curſum Romæ, ut optarat, feliciter cõſummauit, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſecundo, ſalutis verò milleſimo quingentefimo ſeptuageſimo ſecundo. A Sancta Theresia, quæ ejus utebatur cõſiliis vir Sanctus, à Gregorio XIII. fidelis adminiſter appellatus. Demum à Clemente X. pluribus, magnitque clarus miraculis, in Sancto- rum numerum adſcriptus.

R. Iſte homo perfecit. 5.

*In iii. Noct. Hom. S. Hieronymi in Evang. Ecce nos reliquimus. ut in Communi Abb. Conf. non Pont.*

**DIE XIII. OCTOBRIS.**

*In feſto S. Eduardi Conf.*

*Semiduplex.*

*Al Hymnum. Iſte Confellor. dicatur. Meruit ſupremos.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Regem Eduardum Confellorem tuum æternitatis gloria coronavi: fac nos quæſumus ita eum venerari in terris, ut eum eo regnare poſſimus in cœlis Per Dominum.

*Lect. j Noct. de Scrip. occur. In ſecundo Nocturno.*

*Lectis iv.*

**E**Duardus cognomento Confellor, nepos ſancti

Eduardi Regis, & Martyris Anglo Saxonum Regum ultimus, quem futurum Regem Britualdo viro ſanctiſſimo in mentis exceſſu Dominus demonſtravit, decennis à Danis Angliam vaſtantibus quæſitus ad necem exulare cogitur apud avunculum Hormannæ Ducem, ubi in medijs viti- orum illecebris talem ſe exhibuit integritate vitæ, morumque innocentia, ut omnibus admirationi eſſet. Eluxit in eo, vel tum mirac- pietas in Deum, ac res divi- nas, fuitque ingenio miſſi- mo, atque à dominandi cupi- ditate alieno, cujus ea vox fertur, Malle ſe Regno carere quod ſine cæde & ſanguine obtineri non poſſit.

R. Honeſtum tecit illum Do- minus, & cuſtodivit eum ab inimicis, & à ſeducoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

ÿ. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Et dedit.

*Lectio v.*

**E**Xtinctis mox Tyrannis, qui fratribus tu ſ vitam & Regnum eripuerant revo- eatur in patriam, ubi ſummis omnium votis & gratulatio-  
nq

ne Regno potitus, ad hostilium irarum delenda vestigia totum se convertit, à sacris exorsus, ac Divorum Templis, quorum alia à fundamentis crexit, alia refecit, auxitque redditibus, ac privilegiis, in eam curam potissimum intentus, ut refloresceret collapsa Religio. Ab aulae proceribus compulsus ad nuptias, constans est assertio Scriptorum, cum virgine sponsa virginitatem in matrimonio servasse. Tantus in eo fuit in Christum amor & fides, ut illum aliquando inter Missarum solemnia videre meruerit blando vultu, & divina luce fulgentem. Ob profusam charitatem, orphanorum, & egenorum pater passim dicebatur, nunquam lætior, quam cum Regis thesauros exhausisset in pauperes.

✠. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum.

†. Inquit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

*Leclio vi.*

**P**rophetiæ dono illustris, de Angliæ futuro statu multa cœlitus prævidit, &

illud in primis memorabile, quod Sveyni Danorum Regis in mare demerli mortem, dum Angliam invadendi animo classem conscenderet, eodem, quo accidit momento divinitus intellexit. Joannem Evangelistam mirifice coivit, nihil cuiquam, quod ejus nomine peteretur, negare solitus. Cui oim sub lacera veste suo nomine stipem roganti, cum nummi decesent, detractum ex digito anulum porrexit, quem Divus non ita multo Eduardo remisit, una cum nuncio securitæ mortis; quare Rex, indictis pro se precibus, ipso ab Evangelista prædicto die piissimè obiit, Nomis videlicet Januarii, anno salutis millesimo sexagesimo sexto, quem sequenti seculo, Alexander Papa III. miraculis clarum, Sanctorum factis adscripsit. At ejus memoriam Innocentius XI. officio publico per universam Ecclesiam eo die celebrari præcepit, quo, annis ab obitu sex & triginta translatum ejus corpus incorruptum, & suavem spirans odorem reperi- tum est.

✠. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, &

E dixit

dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

¶. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia.

Gloria Patri. Quia.

*In tertio Noct. Hom. in Evang. Sint iambi vestri præcincti. ut in eodem Communi j. loco.*

*In Vesp. fit a Capitulo de S. Callisto Papa, & mart. cum commem. S. Eduardi.*

DIE XIX. OCTOBRIS.

*In festo S. Petri de Alcantara Confess. Semiduplex.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui beatum Petrum Confessorem tuum admirabilis penitentiae, & altissimae contemplationis munere illustrare dignatus es: da nobis, quaesumus, ut ejus suffragantibus meritis, carae mortificati, facilius cœlestia capiamus. Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur. In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**P**etrus Alcantara in Hispania, nobilibus parentibus natus, à teneris annis future sanctitatis iudicia præbuit. Decimo sexto ætatis anno Ordinem Minorum in-

gressus, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Tum munus Concionatoris ex obedientia exercens, innumeros à viciis ad veram penitentiam traduxit. Primævum sancti Francisci Institutum exactissimè reparare cupiens, ope divina treas, & Apostolica munitus auctoritate, angustissimum & pauperimum cœnobium juxta Pedrosam fundavit, quod vitæ genus asperissimum ibi feliciter captum per diversas Hispaniæ provincias usque ad Indias mirificè propagatum fuit. Sanctæ Teresie, ejus probaverat spiritum, in promovenda Carmelitarum reformatione adjuvator fuit. Ipsa autem à Deo edocta, quod Petri nomine nihil quicquam peteret, quin protinus exaudiretur, ejus precibus se sustentare, & ipsum adhuc viventem Sanctum appellare consuevit.

¶. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

¶. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

## Lectio v.

**P**Rincipum obſequia, qui  
ipſum velut oraculum  
conſulebant, ſumma humili-  
tate declinans Carolo quinto  
Imperatori à confeſſionibus  
eſſe reculavit. Paupertatis  
rigidiſſimus cuſtos, una tu-  
mica, qua nulla deterior eſſet,  
contentus erat. Puritatem  
ita coluit, ut à fratre in extre-  
mo morbo ſibi interviene,  
nec leviter quidem tangi pal-  
ſus ſit. Corpus ſuum perpetuis  
vigiliis, jejuis, flagellis,  
frigore, nuditate, atque omni  
genere aſperitatum in ſervi-  
tutem redegit, cum quo pa-  
ctum inſerat, ne ullam in hoc  
ſeculo ei requiem præberet.  
Charitas Dei & proximi in  
ejus corde diſſuſa, tantum  
quandoque excitabat incen-  
dium: ut è cellæ anguſtiis  
in apertum campum proſili-  
re, aerisque retrigerio con-  
ceptum ardorem temperare  
cogeretur.

R. Amavit eum Dominus,  
& ornavit eum: ſtolam  
gloriæ induit eum, \* Et  
ad portas paradifi coronavit  
eum.

Y. Induit eum Dominus lori-  
cam fidei, & ornavit eum.  
Et ad portas.

## Lectio vi.

**G**Ratia contemplationis  
admirabilis in eo fuit,  
qua cum aſſidue ſpiritus reſi-  
ceretur, interdum accidit, ut  
ab omni cibo & potu pluri-  
bus diebus abſtinuerit. In  
aera frequenter ſublatus, mi-  
ro fulgore coruſcare viſus eſt.  
Rapidos fluvios ſicco pede  
trajecit. Fratres in extrema  
penuria cœlitus delata alimo-  
nia cibavit. Baculus ab ipſo  
terræ deſexus, mox in viridem  
ſiculneam excrevit. Cum  
noctu iter ageret, denſa nive  
cadente, dirutam domum  
ſine tecto ingreſſus eſt, eique  
nix in aere pendula pro tecto  
fuit, ne illius copia ſuffocaretur:  
Dono prophetiæ, ac  
dilectionis ſpirituum imbu-  
tum fuiſſe, ſancta Teresia  
teſtatur. Denique annum  
agens ſexageſimum tertium,  
hora, qua prædixerat, migra-  
vit ad Dominum, mirabili  
viſione, ſanctorumque præ-  
ſentia confortatus, quem eo-  
dem momento in cœlum ferri  
beata Teresia procul di-  
ſtans vidit, cui poſtea appa-  
rens dixit: O felix pœnitentia,  
quæ tantam mihi promeruit  
gloriam. Poſt mortem  
verò plurimis miraculis cla-

E 2 ruit,

ruit, & à Clemente Nono Sanctorum numero adscriptus est.

R. Iste homo perfecit. 5.

*In iij. Noct. Hom. Venerabilis Bede in Evang. Nolite timere pusillus grex. ut in Comuni Confessoris non Pontificis.*

DIE XIII. NOVEMBRIS.

*In festo S. Didaci Confess.*

*Semiduplex.*

*In ii. Vesp. S. Martini Pape, & mart. fit a Cap. de S. Didaco.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati nostræ, ut piis beati Didaci Confessoris tui præcibus ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio xv.*

**D**idacus Hispanus ex Opido sancti Nicolai de Portu, Diocesis Hispanensis, ab ineunte ætate, pii sub Sacerdotis disciplina sanctioris vitæ, solitaria in Ecclesia, tyrocinium exercuit. Deinde ut firmitus Deo se conjungeret, in Conventu de Arizzata

Fratrum Minorum (quos Observantes vocant) sancti Francisci Regulam in statu laicali professus est, Magna ibi alacritate humilis obedientiæ, & regularis observantiæ jugum subiens, contemplationi in primis deditus, mira Dei luce perfunde-batur, adeo ut de rebus ecclestibus, litterarum expertis, mirandum in modum, & planè divinitus loqueretur.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi claritatem æternam.

¶ Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

*Lectio v.*

**C**Anariis in Insulis, ubi Fratribus sui Ordinis præfuit, multa perpessus, martyrii æstuans desiderio, plures infideles verbo & exemplo ad Christi fidem convertit. Romam veniens anno Jubilæi, Nicolao quinto Pontifice, ægrotorum curæ in Conventu Aræ cæli destinatus, eo charitatis affectu munus hoc exercuit, ut, Urbe annonæ inopia laborante, ægrotis tamen, quorum aliquando ulcera

ulcera etiam lambendo abstergebat, nihil penitus necessarii detecerit. Eximia quoque fides, & gratia curationum in eo luxit, cum in lampadis, quæ collucebat ante imaginem beatissimæ Dei Genitricis, quam summa devotione colebat, oleo egrotos inungens, signo Crucis impresso, multorum morbos mirabiliter sanaverit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: \* Et ad portas paradisi coronavit eum.

Ÿ. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

*Lectio vi.*

**D**emum Compluti finē sibi vitæ adesse intelligens, lacera & obsoleta indutus tunica, coniectis in Crucem oculis, singulari devotione illis verbis ex sacro hymno pronuntiatis, Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ fuisti digna portare Regem cælorum, & Dominum; animam Deo reddidit, pridie Idus Novembriis, anno Domini supra millesimum quadringentesimo sexagesimo tertio. Ejus corpus cum mentes non pau-

cos (ut pio Confluentium desiderio fieret tatis) insepultum mansisset, quasi jam incorruptionem induerit, odorem suavissimum efflavit. Illum multis & illustribus miraculis clarum Sixtus quintus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

Ÿ. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

*In iij. Noct. Rom. in Evang. Nolite timere pusillus grex. ut in eodem Communi ij. loco.*

**DIE XIX. NOVEMBRIS.**  
*In festo S. Elizabeth Reginae Hungariae Viduae.*

*Omnia de Communi SS. nec Virginum nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur.*

*Oratio.*

**T**uorum corda fidelium, Deus miserator illustra, & beatæ Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despiciere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

*E 3 Deinde*

Deinde fit *commem. Dedicat. Basilic. Apost. Antiph.* O quam metuendus est.

ŷ. Domum tuam Domine.  
Oratio. Deus, qui nobis. *ut in Communi Dedic. Ecclesie.*

Postea fit *commem. S. Pontiani Papæ, & martyris. Antiph.* Iste sanctus.

ŷ. Gloria & honore.  
Oratio. Infirmi-  
tatem nostram. *ut in Communi unius mart.*

Lecl. j. Noct. de Script. occur.  
In secundo Nocturno.

Leclio iv.

**E**lisabeth Andree Regis Hungarie filia ab infantia Deum timere cœpit, & crescens ætate, crevit etiam pietate: Ludovico Lanteravio Hassiæ, & Thuringiæ in conjugem copulata, non minori cura, quæ Dei, quam quæ viri sui erant, exercebatur: surgens enim nocturno tempore orationi diu incumberebat, ac variis misericordiæ officiis dedita, viduis, pupillis, ægrotis, egentibus sedulo interviebat, gravi que fame urgente, domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens, manus eorum, & pedes osculabatur. Curandis autem, & alendis pauperibus

in sine Xenodochium construxit.

℞. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: \* Et deducet te mirabiliter dextera tua.

ŷ. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et deducet.

Leclio v.

**D**efuncto conjugè, ut Deo liberiùs serviret, depositis omnibus secularis gloriæ indumentis, vili tunica induta est, atque Ordinem Penitentiæ sancti Francisci ingressa, patientiæ & humilitatis virtute maximè enituit. Nam bonis omnibus exuta, à propriis ædibus ejecta, ab omnibus derelicta, contumelias, irrisiones, obrectationes invicto animo toleravit, adèd ut summoperè gauderet se talia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga pauperes, & ægrotos se abiciens, eis necessaria procurabat, solis oleribus, & leguminibus pro suo victu contenta.

℞. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latitiæ.

ŷ. Propter veritatem, & man-

mansuetudinem, & iustitiam.  
Propterea.

*Lectio vi.*

**C**UM verò in his, aliisque plurimis sanctis operibus vitam religiosissimè transigisset, finis tandem tuæ peregrinationis advenit, quem domesticis suis antè prædixit. Cùmque defixis in cælum, oculis divinæ contemplationi vacaret, à Deo mirabiliter recreata, & Sacramentis refecta obdormivit in Domino, Statimque plurima ad ejus tumulum miracula patrata sunt. Quibus auditis, & ritè probatis, Gregorius Nonus Sanctorum numero eam adscripsit.

*R.* Fallax gratia, & vana est pulchritudo: \* Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.  
*V.* Dato ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier.

**Gloria Patri. Mulier.**

*In tertio Noct. Hom. S. Gregorii Papa in Evang. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. ut in Communi non Virginum, & ix. Lectio de S. Pontiano Papa, & mart. cum ejus commemor. in mensib. Asia. Qui odit.*

*V.* Justus ut palma.

*Oratio.* Infirmiorem. ut in Communi unius martyr.

**DIE XX. NOVEMBRIS.**

*In festo S. Felicis de Valois Confess. Duplex.*

*Omnia de Communi Conf. non Pont. præter ea, quæ hic sequuntur.*

*In ij. Vesp. S. Elisabeth fit à Cap. de S. felice cum commem. S. Elisabeth.*

*In Hymno. Iste Confessor, dicatur:*

Hac die lætus meruit supremos. Laudis honores.

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Felicè Contellorem tuum ex eremo ad munus sedimenti captivos cælitus vocare dignatus es: præsta quæsumus, ut per gratiam tuam ex peccatorum nostrorum captivitate, ejus intercessione, liberati, ad cœlestem patriam, perducamur. Per Dominum nostrum.

*Deinde fit commemor. S. Elisabeth. Antiph. Manum tuam aperuit inopi, & palmas tuas extendit ad pauperem, & panem otiosa non comedit.*

*V.* Diffusa est gratia in labiis tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

**E 4 - Ora-**

*Oratio.*

**T**Uorum corda fidelium  
Deus miserator illu-  
stra, & beatæ Elisabeth præ-  
cibus gloriosis fac nos prospera  
mundi despiciere, & cœlesti  
semper consolatione gaudere.  
Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**F**elix, Hugo antea dictus,  
ex regali Valesiorum fa-  
milia ortus in Gallia, ab  
ineunte ætate non levia dedit  
future sanctitatis indicia, præ-  
fertim misericordie erga pau-  
peres; nam adhuc infantulus  
manu propria, ac si grandior  
esset, & iudicii maturitate,  
polleret, nummos egenis di-  
stribuit. Jam grandiusculus,  
solebat ex appositis in men-  
dapibus ad ipsos mittere, &  
fermè eo, quod lapidius erat,  
obfatio pauperulos pueros  
recreabat. Adolescens non  
semel vestibus se ipoliavit, ut  
inopis cooperiret. Ab Avu-  
culo Theobaldo Campanie,  
& Blesii Comite vitam reo  
mortis impetravit, prædicens,  
hunc infamè hætenus sicariū  
mox sanctissimis præditū mo-  
nibus evaluurū; veridicum  
testimoniū monstravit evēsus.

*Honestum. supra.*

*Lectio v.*

**P**ost exactam laudabiliter  
adolescentiam, cœpit ex  
cœlestis contemplationis stu-  
dio solitudinem cogitare,  
prius tamen voluit sacris ini-  
tiari, ut omnem Regni, & cu-  
jus successione, jure Legis Sa-  
licæ, non longè distabat, spem  
sibi præcideret. Sacerdos factus,  
& primæ Missæ devotissi-  
mè celebrata, non multo  
post in eremum secessit, ubi  
summa abstinentiæ victitans  
cœlestium charismatum abun-  
dantia placebatur. Ibi cum  
Sancto Joanne de Matha Pa-  
risiensi Doctore, ab eo ex  
divina inspiratione quæsitus,  
& inventus, per aliquot an-  
nos sanctissimè vixit, donec  
ambo per Angelum à Deo  
admoniti Romam petierunt,  
specialem à Summo Pontifi-  
ce vivendi regulam impetra-  
turi. Facta igitur Innocentio  
Papæ Tertio inter Missarum  
solemnia revelatione Religio-  
nis, & instituti de redimendis  
Captivis, ab ipso Pontifice,  
simul cum Socio, candidis ve-  
stibus bicolori Cruce signatus  
induitur, ad eam formam,  
qua Angelus indutus appa-  
ruit; & intus voluit Ponti-  
ficem.

fex, ut nova Religio juxta triplicem colorem, quo habitus constat, Sanctissimę Trinitatis titulo decoraretur.

R. Amavit eum.

*Lectio vi.*

**R**egula propria ex Summi Pontificis Innocentii confirmatione accepta, in Diocesi Meldensi apud locum, qui Cervus Frigidus dicitur, primum Ordinis paulo ante a se, & socio extractum Cœnobium ampliavit; ubi Religiosam observantiam, & redemptionis Institutum iustificè coluit, ac inde per Alumnos in alias Provincias diligentissimè propagavit. Illustrum hic a beata Virgine Matre favorem accepit; dormientibus siquidem cunctis fratribus, & ad matutinas preces in Pervigilio nativitatıs Deiparę media nocte recitandas, Deo sic disponente, non surgentibus; Felix de more vigilans, & horam preveniens, Chorum ingressus, reperit beatam Virginem in medio Chori habitu Crucis Ordinis insignito indutam, ac Cœnitibus similiter indutis sociatam. Quibus permixtus Felix, præcemente Deiparę, laudes divinas concinuit, &

tęque perfolvit. Et quasi jam à terrestri ad cœlestem Chorum evocaretur, instantis mortis ab Angelo certior factus, filios ad charitatem erga pauperes, & captivos adhortans, animam Deo reddidit, etate & meritis consummatus, anno post Christum natum ducentesimo duodecimo supra millesimum, sub eodem Pontifice Innocentio tertio.

R. Ille homo perfecit.

*In tertio Nocturno, Homilia Venerabilis Bedę Presbyteri in Evang. Nocte timere pulvis grex, ut in Communi Conj. non Pontij.*

*Vesp. de Pręsentatione B. M. Virg. cum comm. S. Felicis.*

**DIE VIII. DECEMBRIS.**

*In festo Conceptionis B. Marię Virginis. Duplex.*

*Ad Vesperas. Antiphona.*

Conceptio glorię, cum reliq. de Lauab. Psalmi conjuncti de S. Marię ut in eius officio parvo. Capitulum. Ab initio.

*Hymn. Ave maris stella.*

V. Conceptus est hodie sanctę Marię Virginis.

R. Cujus vita inclęta cunctas illustrat Ecclesias.

*Ad Magnificat, Antiph.*

Gloriõsę Virginis Marię  
Con-

Conceptionem dignissimam  
recolamus, quæ & Genitricis  
dignitatem obtinuit, & virginalem  
pudicitiam non amisit.

*Oratio.*

**F**Amulis tuis, quæsumus  
Domine, cælestis gratiæ  
munus impertire: ut quibus  
beatæ Virginis partus extitit  
salutis exordium, Conceptionis  
ejus votiva solemnitas  
pacis tribuat incrementum.  
Per Dominum.

*Deinde fit comm. S. Ambrosii.*

*Ana.* O doctor optime, Ec-  
clesiæ sanctæ lumen, beate  
Ambrosi, divinæ legis ama-  
tor, deprecare pro nobis Fi-  
lium Dei.

¶ Justum deduxit Dominus  
per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnū Dei.

*Orat.* Deus qui populo, *in sup.*

*Postea de terra occur.*

*Al. Matutinam, Invitat.*

Conceptionis Virginis Mariæ  
celebremus: \* Christum ejus  
Filium adoremus Dominum.

*Palm.* Venite. i.

*Hymn.* Quem terra,

*Antiph. & Psal. Nocturnorum*  
*ut in eius Officio parvo.*

*In primo Nocturno.*

¶ Specie tua, & pulchritudine  
tua. & Intende, prosperè pro-  
cede, & regna.

De libro Ecclesiastici.

*Leclio i. Cap. 24*

**E**GO ex ore Altissimi pro-  
divi, primogenita ante  
omnem creaturam. Ego feci  
in cælis, ut oriretur lumen  
indeficiens, & sicut nebula  
texi omnem terram. Ego in  
altissimis habitavi, & thronus  
meus in columna nubis. Gy-  
rum cæli circuivi sola, &  
profundam abyssi penetravi:  
in fluctibus maris ambulavi,  
& in omni terra steti: & in  
omni populo, & in omni  
Gente primatum habui: &  
omnium excellentium & hu-  
milium corda virtute calca-  
vi: & in his omnibus requiem  
quæsi, & in hereditate Do-  
mini morabor. Tunc præcep-  
it, & dixit mihi Creator  
omnium: & qui creavit me,  
requievit in tabernaculo  
meo, & dixit mihi: In Ja-  
cob inhabita: & in Israel he-  
reditare, & in electis meis  
mitte radices.

R. Hodie Concepta est beata  
Virgo Maria ex progenie Da-  
vid: \* Per quam salus mundi  
credētibus apparuit, cujus vi-  
ta gloriosa lucē dedit sæculo.  
¶ Conceptionem beatæ Ma-  
riæ Virginis cum gaudio ce-  
lebremus. Per quam.

FESTA DECEMBRIS.

*Lectio ii.*

**A**B initio, & ante secula  
creata sum, & usque  
ad futurum seculum non desinam,  
& in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter quievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosae in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & ballamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & unguis, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi ballamum non mistum odor meus.

✠. Beatissimae Virginis Mariae Conceptionem devotissime celebremus: ✠ Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

✠. Cum jucunditate Conceptionem beatae Mariae Virginis devotissime celebremus. Ut ipsa.

*Lectio iii.*

**E**GO quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiae. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctae spei. In me gratia omnis via, & veritatis: in me omnis spes vitae, & virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

✠. Gloriosae Virginis Mariae Conceptionem dignissimam recolamus: ✠ Cuius Dominus humilitatem respexit, quae Angelo nunciante concepit Salvatorem mundi.

✠. Bea-

ŷ. Beatissimæ Virginis Mariae Conceptionem devotissimè celebremus. Cujus.

Gloria Patriſ. Cujus.

*In secundo Nocturno.*

ŷ. Adjuvabit eam Deus vultu tuo.

℞. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ex libro S. Ambrosii Episc. de Virginibus.

*Lib. 2. sub initium.*

*Leclio iv.*

**S**IT vobis tamquam in imagine descripta virginitas, vitaque beatæ Mariæ: de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tamquã in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generavit.

℞. Cõceptio gloriosæ Virginis Mariæ ex femine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara est stirpe David: \* Cujus vitæ inclita eunctas illustrat Ecclesiæ.

ŷ. Hodie Concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

*Leclio v.*

**N**AM de cæteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerè adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens: loquendi parcius, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens: intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere: nullum ledere bene veile omnibus, assurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem.

℞. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

ŷ. Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

*Leclio vi.*

**Q**UANDO ista vel vultu legit parentes? quando dilet-

dissensit à propinquis? quando derisit debilem? quando vitavit inopem? Eos solos solita cœtus vitorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis prociæ, nihil in actu inverecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior: ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis.

¶ Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: \* Ex te enim ortus est sol justitiæ Christus Deus noster: \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

¶ Benedicta tu in mulieribus, & benedictas fructus ventris tui. Ex te enim.

Gloria Patri. Qui solvens.

*In iij. Noct. loco nona Ana.*  
Post partum, dicitur *Ana.*  
Angelus Dominus nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto.

¶ Elegit eam Deus, & præelegit eam.

¶ In tabernaculo suo habitare facit eam. Pater noster.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. I.

**L**iber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episc.  
*Lib. 2. de consensu Evang. c. 1.*

**M**atthæus Evangelista sic exortus est: Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Quo exordio suo satis ostendit, generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est: quod etiam se ipse sæpissime appellat, commendans nobis, quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna, & æterna generatio, secundum quam Filius Dei Unigenitus est ante omnem creaturam, qui omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum à Prophetâ intelligatur: Generationem ejus quis enarrabit?

¶ Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

¶ Et

Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia,

*Lectio viij.*

**E**Xequitur ergo humanam generationem Christi Matthæus, ab Abraham generatores commemorans, quos perducit ad Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jესus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum à conjugio Mariæ separandum putaret, quòd non ex ejus concubitu, sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnificè insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servata pari consensu continentia, posse permanere, vocarique conjugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu: præsertim, quia nasci eis etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. *R.* Felix namque es, sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est Ihesus justitiæ, \* Christus Deus noster.

§. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto sæmineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, qui-cumque celebrant tuam san-

ctam Conceptionem, Quia ex te.

Gloria Patri. Christus.

*Lectio ix. Cap. 2.*

**C**UM autem evidenter dicitur Apostolus Paulus, ex semine David secundum carnem Christum: ipsam quoque Mariam de stirpe David, aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utique non debemus. Cujus feminæ quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quòd cognata ejus esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aaron, firmissimè tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & renem scilicet, & sacerdotum: in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiam mystica unctio figurabatur, idest Christima, unde Christi nomen elucet, tantò antè etiam ista evidentissima significatione prænuntiatum.

Te Deum. II.

A D L A U D E S,

*& per Horas, Antiph.*

**C**onceptio Gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.

*Psalm.*

*Psalm.* Dominus regnavit,  
cum reliquis.

*Ant.* Conceptio est hodie  
sanctę Marię Virginis, cujus  
vita inclęta cunctas illustrat  
Ecclesias.

*Ant.* Regali ex progenie Ma-  
ria exorta refulget: cujus  
precibus nos adjuvari, mente,  
& spiritu devotissime po-  
scimus.

*Ant.* Corde, & animo Chri-  
sto canamus gloriam, in hac  
sacra solemnitate præcellę  
Genitricis Dei Marię.

*Ant.* Cum jucunditate Con-  
ceptionem beatę Marię cele-  
bremus, ut ipsa pro nobis  
intercedat ad Dominum Je-  
sum Christum.

*Capitulum.* Ab initio.

*Hymn.* O Gloriosa.

Ÿ. Conceptio est hodie sanctę  
Marię Virginis.

℞. Cujus vita inclęta cun-  
ctas illustrat Ecclesias.

*Al benedictus, Antiph.*

Conceptionem hodiernam  
perpetuę Virginis Genitricis  
Dei Marię solemniter cele-  
bremus, qua celsitudo throni  
procehit, allel.

*Oratio.*

**F**Amulis tuis, quęsumus  
Domine, cęlestis gratię  
munus impertire: ut quibus

beatę Virginis partus exciit  
salutis exordium, Conceptio-  
nis ejus votiua solemnitas  
pacis tribuat incrementum.  
Per Dominum.

*Deinde sit commem. Ferie.*

*Ad Primam & brevi dicitur Ÿ.*  
Qui natus es de Maria Vir-  
gine.

*Ad Tertiam, Antiph.*

Conceptio est hodie.

*Capitulum.* Ab initio.

℞. *bre ve.* Specie tua, \* Et pul-  
chritudine tua. Specie.

Ÿ. Intende, prospere procede,  
& regna. Et pulchritudine  
tua.

Gloria. Specie tua.

Ÿ. Adjuvabit eam, Deus vul-  
tu suo.

℞. Deus in medio ejus non  
commovebitur.

*Ad sextam, Antiphona.*

Regali ex progenie.

*Capitulum.* *Eccl. 24. b*

**E**T sic in Sion firmata  
sum, & in civitate sanctę  
citate similiter requievi, &  
in Jerusalem potestas mea.  
Et radicavi in populo honorifi-  
cato, & in parte Dei mei  
hęreditas illius, & in ple-  
nitudine sanctorum deten-  
tio mea.

℞. *br.* Adjuvabit eam, \* Deus  
vultu suo. Adjuvabit.

Ÿ. Deus

Ÿ. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu suo.

Gloria Patri. Adjuvabit.

Ÿ. Elegit eam Deus, & prælegit eam.

℞. In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Al Nonam, Antiphona.*

Cum jucunditate.

*Capitulum. Eccl. 24. b*

**I**N plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi tuavitatem odoris.

℞. *breve.* Elegit eam Deus, \* Et prælegit eam. Elegit eam.

Ÿ. In tabernaculo suo habi-

tare facit eam. Et prælegit.

Gloria Patri. Elegit eam.

Ÿ. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

*In secundis Vesperis, omnia ut in primis.*

*Ad Magnificat, Antiphona.*

Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ: Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

*Et sit commemor. Feria.*

FESTA DECEMBRIS:

OFFICIUM  
DIE IX. DECEMBRIS.

*Secunda die infra Octavam  
Conceptionis B. Mariæ.*

*Omnia dicuntur ut in die,  
præter Lectiones, quæ dicuntur,  
ut infra assignatæ sunt.*

*Tres Lectiones primi Noctur-  
ni quodidie per Octavam dicun-  
tur de Iſaya juxta ordinem ſer-  
ie in Adventu.*

*In ſecundo Nocturno.*

Sermo S. Augustini Episcopi.

*Lectio iv.*

**E**Xultat Maria, & matrem te lata miratur, & de Spiritu sancto te peperisse gaudet: nec quia peperit innupta, terretur, sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O femina super feminas benedicta, quæ virum omninò non novit, & virum suo utero circumdedit! Circumdat virum Maria, Angelo fidem dando, quia Heva; perdidit virum serpenti consentiendo. O telix obedientia, ò insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. Hinc promeruit gloriam, quam ipsa postmodum hausit. Ecce ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

℞. Conceptio Gloriosa Vir-

gius Mariæ ex femine Abrahæ orbe de tribu Juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

ψ. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus vita.

*Lectio v.*

**O** Beata Maria, quis tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assentiu mundo succurristi perditio? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum invenit? Accipe itaque quascumque exiles, qualcumque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum susceperis vota, culpa nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis.

℞. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

ψ. Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellē Genitricis Dei Mariæ. Ut.

Ee

Le

FESTA DECENBRIS.

*Lectio vi.*

**S**it per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe, quod offerimus: redona, quod rogamus: excusa, quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum; & in te beatissima nostrorum est expectatio præmiorum. Sancta Maria, succurre miseris, iuva pusillanimes, refovescibiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem.

**R.** Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: \* Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

**V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Gloria Patri. Quia.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vii. Cap. i.*

**L**iber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi (Presbyteri).

*Lib. i. Comment. in Matthæi in initium.*

**I**n Isaja legimus, Generationem ejus quis enarrabit? Non ergo putemus Evangelistam Prophetæ esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit affatu, hic narrate incipiat: quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cæpit, ut per hominem Deum dilcere incipiamus. Filii David, filii Abraham. Ordo præposterus, sed necessario commutatus. Si enim primùm posuisset Abraham, & postea David, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur.

**R.** Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia.

*Le.*

*Leſſio viii.*

**I** Deo autem, cæteris prætermiſiſis, horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum facta eſt de Chriſto repromiſſio. Ad Abraham: In ſemine, inquit, tuo benedicentur omnes Gentes, quod eſt Chriſtus. Ad David: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Notandum, in genealogia Salvatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas, quas ſcriptura reprehendit: ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus naſcens omnium peccata deleret. Unde & in conſequentibus Ruth Moabitidis ponitur, & Bethſabee uxor Uriæ.

R. Felix namque eſ, ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima: \* Quia ex te ortus eſt Sol juſtitia: \* Chriſtus Deus noſter.

ŷ. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto ſæmineo ſexu; ſentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam ſanctam Conceptionem.

Quia.

Gloria Patri. Chriſtus.

*Leſſio ix.*

**J**acob autem genuit Joſeph. Hunc locum objecit nobis Julianus Auguſtus de diſſonantia Evangelistarum, cur Evangeliſta Matthæus Joſeph nixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellarit Heli, non intelligens conſuetudinem ſcripturarum, quòd alter ſecundum naturam, alter ſecundum legem ei pater fit. Scimus enim hoc per Moyſen, Deo jubente, præceptum, ut ſi frater, a ut propinquus abſque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad ſulcitandum ſemen fratris, vel propinqui ſui. Joſeph virum Mariæ. Cum virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum; ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum, quòd ſponſi viri, & ſponſæ vocentur uxores.

Te Deum.

*In Laud. ſit commem. Fer. occur.*

*In Veſp. S. Melchiodis Papa, & mart.*

*Ant. Iſte ſanctus.*

ŷ. Gloria, & honore.

*Oratio. Infirmiſſimæ de Communi unius Mariæ.*

**DIE X. DECEMBRIS.**

*Tertia die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.*

Ec 2 In

FESTA DECEMBRIS .

*In secundo Nocturno .*

Sermo S. Bernardi Abbatis.

*Sermo in cap. 12. Apocal.*

*Lectio iv.*

**N**OVUM fecit Dominus super terram, ut mulier circumdaret virum, nec alium quàm Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen ejus: Novum quoque fecit in cælo, ut mulier sole appareret amicta. Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filie Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. Verùm hoc alias. Interim sanè ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronavit eam Filius suus. In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim.

R. Conceptio gloriosè Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortè de tribu Juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

V. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

*Lectio v.*

**D**ignum planè stellis coronari caput, quod &

ipsis longè clariùs micans, ornet eas potiùs, quàm ornetur ab eis. Quidni coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Nimirum lava sponsi sub capite ejus, & jam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet? quibus Mariæ regium diadema compactum est.

R. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

V. Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellæ Genitricis Dei Mariæ. Ut.

*Lectio vi.*

**Q**uid ergo sidereum micat in generatione Mariæ? Planè quòd ex regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd generosa ex stirpe David. Siquid parum videtur, adde, quòd generationi illi ob singulare privilegium sanctitatis, divinitus noscitur esse concessa; quòd longè ante eisdem patribus cælitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miraculis, quòd oraculis

FESTA DECEMBRIS.

culis prænuntiata propheti-  
cis. Hanc enim sacerdotalis  
virga, dum sine radice floruit;  
hanc Gedeonis vellus, dum in  
medio siccae areæ maduit:  
hanc in Ezechielis visione  
orientalis porta, quæ nulli  
unquam patuit, præsignabat.  
R. Conceptio tua, Dei Geni-  
trix Virgo gaudium annun-  
tiavit univerto mundo: \* Ex  
te enim ortus est sol iustitiæ,  
Christus Deus noster: \* Qui  
solvens maledictionem, dedit  
benedictionem: & confun-  
dens mortem donavit nobis  
vitam sempiternam.

Ÿ. Benedicta tu in mulieribus,  
& benedictus fructus ventris  
tui. Ex te. Gloria Patri. Qui.

*In tertio Nocturno.*

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Mattheum.

*Lectio vii. Cap. I.*

**L**iber generationis Jesu  
Christi, filii David, filii  
Abraham. Abraham genuit  
Itaac. Itaac autem genuit  
Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hilarii Episc.

*Comment. in Matth. cap. I.*

**N**on refert, quis in origi-  
nis numero, atque or-  
dine collocetur, dummodo  
univertorum familia capta  
esse intelligatur ab uno. Ita-

que cum ejusdem Tribus sint  
Joseph, & Maria, dum profes-  
tus esse ex Abraham genere  
Joseph ostenditur, profecta  
quoque docetur & Maria.  
Hæc enim in lege ratio serva-  
ta est, ut si mortuus sine filiis  
familiæ princeps fuisset, defun-  
cti uxorem posterior frater  
ejusdem cognationis accipe-  
ret, susceptoque filios in fa-  
miliam ejus, qui mortuus es-  
set, referret; maneretque ita  
in primogenitis successione  
ordo, cum patres eorum, qui  
post se nati essent, aut nomi-  
ne haberentur, aut genere.

R. Beatam me dicent omnes  
generationes: \* Quia fecit  
mihi Dominus magna, qui  
potens est, & sanctum no-  
men ejus.

Ÿ. Et misericordia ejus à pro-  
genie in progenies timentibus  
eum. Quia.

*Lectio viii.*

**C**onsequens illud est, ut,  
quia diximus secundum  
rerum fidem generationis istius  
ordinem, nec numero sibi,  
nec successione constare, hu-  
jus quoque rei ratio afferat-  
ur. Non enim levis causa est,  
aliud fuerit in gestis; & aliud  
referatur in summa, aliud ve-

FESTA DECEMBRIS .

ro teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratae sunt : & à David usque ad transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem , & septem deprehenduntur . Sed in hoc non mendacii , aut negligentiae vitium est ; tres enim ratione praeteritae sunt . Nam Joras genuit Ochoziam , Ochozias verò genuit Joam , Joas deinde Amasiam . Amasias autem Oziam , & in Matthæo Joras Oziam genuisse scribitur , cum quartus ab eo sit . Hoc ita , quia ex Gentili femina Joras Ochoziam genuit , ex Achab scilicet , qui Jezabel habuit uxorem .

R. Felix namque es , sacra virgo Maria , & omni laude dignissima : \* Quia ex te ortus est sol justitiae , \* Christus Deus noster .

ÿ Ora pro populo , interveni pro Clero , intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen , quicumque celebrant tuam tantam Conceptionem . Quia .  
Gloria Patri . Christus .

*Lectio ix.*

**D**enique per Prophetam non nisi quarta genera-

tione in throno regio Israelis quemquam de domo Achab esse futurum dicitur . Purgata igitur labe familiae gentilis tribus , quae praeteritis jam regulis , in quarto generationum consequentium ordine numeratur , & usque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur , cum in numero decem , & septem reperiantur , nullus error esse poterit , scientibus non eam solum esse Domino nostro Jesu Christo originem , quae coepit ex Maria : sed in procreatione corporea nativitatis aeternae significantiam comprehendit .  
Te Deum .

*Ad Laudes commem. seric, & S. Melchiadis Papa, & mart.*

*Ana.* Qui odit animam tuam in hoc mundo , in vitam aeternam custodit eam .

ÿ . Justus ut palma florebit .

R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur . *Oratio.*

**I**nfirmam nostram respice , omnipotens Deus ; & quia pondus propriae actionis gravat , beati Melchriadis martyris tui , atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat . Per Dominum nostrum .

*In Vesp. a Cap. fit de S. Dama. P. & Conf. cu. com. oct. Cocep. & ser.*

DIE

FESTA DECEMBRIS.

DIE XI. DECEMBRIS.

*In festo S. Damasi Pape.  
ut in Breviario.*

DIE XII. DECEMBRIS.

*Quinta die infra Octavam  
Conceptionis B. Mariae.*

*In secundo Nocturno.*

Ex libro S. Epiphanii Episc.  
adversus hæretes.

*Le. io. iv.*

**B**EATA Mater Dei Maria per Hevam significatur, quæ per anigma accepit, ut mater viventium vocetur. Illa etenim mater viventium vocata est, etiam postquam audivit, terra es, & in terram reverteris; post transgressionem. Et mirum est, quod post transgressionem hoc magnû cognomen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Heva omnis hominum generatio deducta est in terra: hic autem verè à Maria, hæc vita mundo genita est, ut viventem gigneret, & fieret Maria Mater viventium: per anigma igitur Maria Mater viventium appellata est.

✠. Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesias.

✠. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

*Leclio v.*

**H**EVÆ datum est operire corpus sensibile propter nuditatem sensibilem: Maria verò datum est à Deo, ut pareret nobis Agnum, & ovem, & ex gloria ipsius Agni, & ovis fieret nobis, velut à velle-re in sapientia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis. Heva etiam mortis causa facta est hominibus, per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Maria verò causa vite, per quam genita est nobis vita, & per hanc Filius Dei advenit in mundum: & ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit & gratia: & unde illata est mors, illinc processit & vita, ut vita pro morte fieret: & qui per mulierem nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quoniam illic Heva, cum adhuc esset virgo, per inobedientiam transgressa est: è contrario per Virginem obedientia gratiæ facta est, annuntiato adventu in carne de cælo, & vita æternam.

✠. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ cele-

FESTA DECEMBRIS.

bremus : \* Ut ipsa pro nobis  
intercedat ad Dominum Je-  
sum Christum.

ŷ. Corde , & animo Christo  
canamus gloriam in hac sa-  
cra solemnitare præcellæ Ge-  
nitricis Dei Mariæ . Ut .

*Lectio vi.*

**D**E Maria enim accipitur  
(liceat mihi hoc dicere)  
quod scriptum est de Ecclesia:  
Relinquet homo patrē suum,  
& matrem suam, & adhærebit  
uxori suæ : & erunt duo in  
carne una . Sanctus autem  
Apostolus dicit : Mysterium  
hoc magnum est , ego autem  
dico in Christo , & Ecclesia .  
Et vide Scripturarum accu-  
ratam dicendi proprietatem :  
Quod de Adam quidem di-  
xit, formavit: de Heva verò  
non formatam esse, sed ædifi-  
catam. Accepit enim, inquit,  
unam de costis ejus , & ædifi-  
cavit ipsi in uxorem . Quo  
ostendat, Dominum quidem  
de Maria efformasse sibi ipsi  
corpus , ab ipsa verò costa  
ædificatam esse Ecclesiam, in  
eo quod punctum, & apertū  
est ipsius latus , & mysteria  
sanguinis , & aquæ pretia re-  
demptionis facta sunt .

&. Conceptio tua, Dei Geni-  
trix Virgo , gaudium annun-

tiavit universo mundo: \* Ex  
te enim ortus est sol justitiæ,  
Christus Deus noster: \* Qui  
solvens maledictionem, dedit  
benedictionem: & confundens  
mortem, donavit nobis vitam  
sempiternam .

ŷ. Benedicta tu in mulieri-  
bus , & benedictus fructus  
ventris tui. Ex te .

Gloria Patri. Qui solvens.

*In tertio Nocturno .*

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Matthæum .

*Lectio vii. Cap. I.*

**L**iber generationis Jesu  
Christi, filii David, filii  
Abraham . Abraham genuit  
Itaac . Itaac autem genuit Ja-  
cob . Et reliqua .

Hom. S. Joannis Chrylost.

*Hom. 2. in Matth. post initium.*

**A**uditu quidem mirabi-  
le est , quod ineffabilis  
Deus , & qui nec sermonibus  
explicari potest , nec cogita-  
tionibus comprehendere, Patri-  
que per omnia coequalis, per  
Virginis ad nos venit uterum,  
& fieri ex muliere dignatus  
est , & habere progenitores  
David, & Abraham : & quid  
dico David , & Abraham;  
etiam illas, quod magis stupē-  
dum est, faminas, quas paulò  
ante memoravi . Hæc igitur

au-

FESTA DECEMBRIS.

audiens mente confurge, nihilque humile suspiceris, sed potius propter hoc ipsum maximè mirare, quia cum verus, & dilectus Filius sit sempiterni Dei, etiam Filius David esse dignatus est, modò ut te filium faceret Dei: servum patrem habere dignatus est ut tibi servo Patrem faceret ipsum Deum.

R. Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potèns est, & sanctum nomen ejus.

Y. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia.

Lectio viii.

Vides ab ipso statim principio quàm læta sint hæc nuntia. Quòd si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab his, quæ illius sunt, etiam tua discere credere. Quantum enim consequi potest humana ratio, multò est difficilius Deum hominem fieri, quàm hominem Dei Filium consecrari. Cum ergo audieris, quia Filius Dei, Filius sit, & David, & Abraham; dubitare jam desine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim temeripsum ita humiliasset, nisi

nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est sol justitiæ, \* Christus Deus noster.

Y. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto famineo sexu: sentiant omnes tuum juyamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similis, illa nostram eminenter excedens. Quod enim natus ex femina est, & nobis competit: quod verò non ex voluntate carnis, & viri, sed ex Spiritu sancto, aliam nobis sublimiorem, futuramque, & spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diversitate constabant. Nam & baptisina profectò tale suscepit, quod haberet quidem aliquid veteris, haberet & novi: quòd enim baptizatus est à Prophe-

FESTA DECEMBRIS.

ta, expressit vetus: quod autem descendit Spiritus, adumbravit novum.

Te Deum. 14.

*In Laudib. fit commemor. feria occurrentis.*

*Vesp. de S. Lucia Virg. & mart. cum commemor. octava, & ser. occurrentis.*

DIE XIII. DECEMBRIS.

*Sexta die infra Octavam Conceptionis B. Mariae.*

*In festo S. Lucia Virg. & mart. ut in Breviario.*

DIE XIV. DECEMBRIS.

*Septima die infra Octavam Conceptionis B. Mariae.*

*In primo Nocturno Lection. de Scriptura occur.*

*Si autem hac die, & sequenti occurrat feria iv. Quatuor temporum, Lectiones 1. Nocturni erunt, quae sequuntur.*

*In prim. Nocturno.*

De Parabolis Salomonis.

*Lectio j. Cap. 8. b & 9.*

**E**GO sapientia habito in consilio, & eruditis interitum cogitationibus. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestor. Meum est consilium, & aequitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum condi-

tores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilat ad me, inveniet me.

R. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex prole Davidi; \* Per quam salus mundi creditibus apparuit, cuius Vita gloriosa lucem dedit saeculo. V. Conceptionem beatæ Mariæ Virginis cum gaudio celebremus. Per.

*Lectio ij.*

**M**ECUM sunt divitiæ, & gloria, opes superbes, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo. In viis iustitiæ ambulabo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinatum sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar.

\* Beatissimæ Virginis Mariæ

Con-

FESTA DECEMBRIS.

Conceptionem devotissimè celebremus : Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum .

ÿ. Cum jucunditate Conceptionem beatæ Mariæ Virginis devotissimè celebremus .  
Ut ipsa .

*Lectio iij.*

**B**Eatus homo , qui audit me , & qui vigilat ad fores meas quotidie , & observat ad postes ostii mei . Qui me invenerit , inveniet vitam , & hauriet salutem à Domino : qui autem in me peccaverit , lædet animam suam . Omnes , qui me oderunt , diligunt mortem . Sapientia ædificavit sibi domum , excidit columnas septem . Immolavit victimas suas , miscuit vinum , & proposuit mensam suam . Misit ancillas suas , ut vocarent ad arcem , & ad mœnia civitatis . Si quis est parvulus , veniat ad me . Et insipientibus locuta est : Venite , comedite panem meum , & bibite vinum , quod miscui vobis .

℞. Gloriosæ Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolamus : \* Cujus Dominus humilitatem respexit , quæ Angelo nunciante concepit Salvatorem mundi .

ÿ. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem devotissimè celebremus Cujus . Dominus . Gloria Patri . Cujus .

*Nona Lectio de Hom. & de ea sit commem. in Laud.*

*In secundo Nocturno.*

Ex Epistola S. Ambrosii Ep. ad Siricum Papam.

*Epist. 81. al 7. Lectio iv.*

**D**E via perversitatis proceduntur dicere : Virgo concepit , sed non Virgo generavit . Potuit ergo Virgo concipere , non potuit Virgo generare , cum semper conceptus præcedat , partus sequatur ? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum , credatur oraculis Christi , credatur monitis Angelorum dicentiũ : Quia non est impossibile Deo omne verbum . Credatur symbolo Apostolorum , quod Ecclesia Romana intemeratũ semper custodit , & servat . Audivit Maria vocem Angeli , & quæ antè dixerat : Quomodo fiet istud ? non de iide generationis interrogans , respondit postea ; Ecce ancilla Domini , contingat mihi secundum verbum tuum .

℞. Conceptio gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abrahamæ , ortæ de tribu Juda , clara ex stirpe

FESTA DECEMBRIS.

stirpe David: \* Cujus vita in-  
celyta cunctas illustrat Eccle-  
sias.

ÿ. Hodie concepta est beata  
Virgo Maria ex progeie Da-  
vid. Cujus.

Ex libro S. Hieronymi Præ-  
sbyteri adversus Jovi-  
nianum.

*De Apolog. ad Pammachium,  
pro libro adv. Jovin. in fine.*

*Lectio v.*

**C**Hristus Virgo, Mater  
virginis nostri Virgo  
perpetua; Mater, & Virgo.  
Jesus enim clausis in reffus est  
ostis; & in sepulchro ejus,  
quod novum, & in petra du-  
rissima fuerat excilum, nec  
antea quis, nec postea positus  
est. Hortus conclusus, fons  
signatus; de quo fonte ille  
fluvius manat, juxta Joel,  
qui irrigat torrentem, vel fu-  
nium, vel spinarum; funium  
peccatorum, quibus ante allig-  
gahamur, spinarum, quæ suf-  
focant sementem patris fami-  
lias. Hæc est porta orientalis,  
ut ait Ezechiel, semper clausa,  
& lucida operiens in se, vel ex  
se proferens sancta sancto-  
rum: per quam Sol justitiæ, &  
Pontifex noster secundum  
ordinem Melchisedech ingre-  
ditur, & egreditur.

R. Cum jucunditate Con-  
ceptionem beatæ Mariæ cele-  
bremus: \* Ut ipsa pro nobis  
intercedat ad Dominum Je-  
sum Christum.

ÿ. Corde, & animo Christo  
canamus gloriam in hac sacra  
solemnitate præcellæ Geni-  
tricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Ex libro S. Irenæi Episcop. &  
mart. adversus hæreses.

*Lib. 5. cap. 19. Lectio vi.*

**I**N sua propria veniente Do-  
mino, & sua propria cum  
bajulante conditione, quæ baj-  
ulatur ab ipso, & recapitula-  
tionem ejus, quæ in ligno fuit,  
inobedientiæ, per eam, quæ in  
ligno est, obedientiam facien-  
te, & seductione illa soluta,  
qua seducta est malè illa, quæ  
jam viro destinata erat virgo  
Heva; per veritatem evange-  
lizata est benè ab Angelo jam  
sub viro Virgo Maria. Que-  
madmodum enim illa per  
angelicum sermonem seducta  
est, ut effugeret Deum, præ-  
varicata verbum ejus: ita &  
hæc per Angelicum sermo-  
nem evangelizata est, ut  
portaret Deum, obediens ejus  
verbo. Et sicut illa seducta  
est, ut effugeret Deum; si hæc  
sufasa est obedire Deo, ut vir-  
ginis Hevæ. Virgo Maria fie-  
ret

FESTA DECEMBRIS.

get advocata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per virginem, solvatur per Virginem; aqua lance disposita, virginalis inobedientia per virginalem obedientiam.

R. Conceptio tua Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: \* Ex te enim ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster: \* Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

ÿ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te j

Gloria Patri. Qui,

*In tertio Nocturno.*

LECTIO sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vii. Cap. I.*

**L**iber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysof.

**C**ujus verò rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat, ubi non sola utique generatio, sed tota prorsus ipsius Mysterii dispensatio continetur? quia to-

tius scilicet dispensationis caput, radix, atque principium omnium nobis in hoc consistit bonorum. Ut enim Moyses librum Cœli appellavit, ac terræ, cum certè de non de Cœlo solum, terraque loqueretur, sed de cunctis, quæ inter ipsa subsistunt: ita etiam Evangelista ab ipso omnium fonte, & capite bonorum librum vocavit.

R. Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus.

ÿ. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia.

*Lectio viii.*

**Q**uia verò de causa non eum antè, filium Abraham, & postea filium David nuncupavit? Non, sicut opinantur aliqui, ab inferioribus volens ad superiora conscendere: ceterum fecisset, quod fecit & Lucas: nunc autem è contrariò facit; cur ergo commemoravit priorem David? Quia ipse proculdubio in omnium vocabatur ore, ob insigne honoris, & gloriæ, ob ipsius quoque temporis, spatia junctiora. Et si enim utriusque pro-

FESTA DECEMBRIS.

promiserat Deus, sed tamē illud, quasi antiquū reticebatur hoc verò quasi novum, & recēs ab omnibus celebrabatur.

¶ Felix namque es sacra, Virgo Maria, & omni laude dignissima: \* Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, \* Christus Deus noster.

ŷ. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto famineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Gloria Patri. Christus.

*Lectio ix.*

**I**psi namque Judæi dicunt: Nonne ex femine David, & Bethlehem castello, unde erat David, venit Christus? Nemo igitur illum filium Abrahamæ, sed omnes filium David nominabāt, qui etiam honorabiliores quosque de sanctitate Reges, qui post David fuisse referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi solum, verum etiā Deus. Nam & Ezechiel, & alii Prophetæ dicunt, David surrecturum esse, atque venturum: non de illo utique mortuo jam loquentes; sed de iis, qui illius virtutem erant imitaturi. Propterea igitur à notiore

interim, & celebratiore persona sumit exordium; & tum demum ad antiquiorem recurrit parentem. Te Deū.

*In Laud. fit Commem. Octave Concept. & Ferie.*

*In Ve p. fit Commem. S. Eusebii Episc. & mart.*

*Ana. Iste sanctus.*

ŷ. Gloria, & honore.

*Oratio.* Deus, qui nos beati, *ut infra.*

DIE XV. DECEMBRIS.

*In Octava Conceptionis*

*B. Mariæ. Duplex.*

*Omnia dicuntur ut in die ejusdem Concept. præter Lectiones ij. & iij. Noct. quæ sequunt. In Vesp. & Laud. fit Commem. Ferie, & S. Eusebii Vercell. Ep. & mart.*

*Si autem hac die occurrat feria iv. Quatuor Temp. Lect. i. Noct. erunt ut supra in die septima infra Octavam Lectio ix. de Hom. Feria sin autem Lect. i. Noct. erunt de Script. occurr.*

*In secundo Nocturno.*

De Expositione S. Gregorij Papæ in libro Regum.

*In 1. Regum 1. Lectio iv.*

**F**uit vir unus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim. Potest hujus montis nomine beatissima tempore Virgo Maria, Dei Gemitus,

*desi.*

FESTA DECEMBRIS.

designari. Mons quippe fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. An non mons sublimis Maria, quæ, ut ad Conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritum verticem supra omnes Angelorum Choros usque ad solium Deitatis erexit? Hujus enim monti præcellentissimâ dignitatem Hajas vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit. & Conceptio gloriose Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David: \* Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.

¶ Hodie concepta est, beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus.

Ex Epistol. S. Leonis Papæ ad Pulcheriam Augustam.

*Epist. 13. ante med. Lectio iv.*

**S**acramentum reconciliationis nostræ, ante tempora æterna dispositum, nullæ implebant figuræ: quia nondum supervenerat Spiritus sanctus in Virginem, nec vir-

tus Altissimi obumbraverat ei, ut & intra intemerata viscera, adificante sibi sapientia domum, Verbum caro fieret & forma Dei, ac forma servi in unâ conveniēte personam, Creator temporum nascere-tur in tempore, & per quem facta sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim novus homo, factus in similitudinē carnis peccati nostræ susciperet vetustatē, & cōsubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur & Matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber uniret; sub jugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas.

¶ Cum jucunditate Conceptionem beate Mariæ celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

¶ Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellæ Genitricis Dei Mariæ. Ut.

De Expositione S. Basilii Ep. in Hajas Prophetam.

*In cap. 8. post initium.*

*Lectio vi.*

**A**ccepsi, inquit, ad Prophetissam, & in utero accepit, & peperit Filium. Quod Maria Prophetissa fuerit,

rit,

FESTA DECEMBRIS.

ait ad quam proximè accessit Isaias per prænotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor verborum. **M**aria, quæ prophético afflata spiritu eocuta est. Quid enim ait. Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo; quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si animum accommodaveris univèrsis ejus verbis non utique contentiosè negaveris, eam fuisse Prophetissam, quod Domini spiritus in eam supervenit, & virtus Altissimi obumbraverit ei.

R. Conceptio tua. 77.

In tertio N. Æturno.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII. Cap. I.

**I**ber generationis Iesu Christi, filii David filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua,

De Hom. S. Iohannis Chrysostom.

**D**vo sunt, quæ partunt quæstionem Vnum quæ causâ sit ut in generationum catalogo Virgo sileatur: alterum verò quia ratione Ioseph memoretur cui certè nihil cū Christi generatione est commune. Videtur enim & unum abundare & alterum deesse Quid ergo dicemus? quod utique primum illud necesse fuerat memorari, quemadmodum ex David Virgo descendit. Vnde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentè Dominum: Vade ad Virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph ex domo & familia David. Quid vis audire manifestius cum ex domo & familia David illam Virginem esse cognoscam. R. Beatam me. 77.

Lectio VIII.

**N**on erat mos apud Hebræos generationum catalogum per te-

minas texere. Vt ergo & morem custodiret (ne in ipso statim principio videretur antiqua destrinere) & nobis Virginem certius indicaret; parentes ejus reticèss atque majores de Ioseph generatione non tacuit; sive enim hæc fecisset in Virgine, novitatis non effugisset invidiam; sive Ioseph reticisset, non agnosceremus, ex qua tribu Virgo subsisteret. Vt ergo & nos discernere mus, quæ esset Maria, vel unde, & consuetudo legis permaneret immobilis; generationum catalogum usque ad sponsum ejus perduxit, ac de domo illi David esse monstravit. R. Felix namque. 57.

Lectio IX.

**H**oc enim declarato, illud quoque pariter ostendit, quod scilicet inde esset & Virgo; quia utique nequaquam justus iste pateretur uxori sibi aliunde, quam unde lex præcipiebat eligere. Possumus verò aliâ quoque, & altiorem quidem proficere rationem, ob quam parentes Virginis prætermissi sunt; sed quæ ea est? Noluist Evangelista. recenti adhuc tempore novi illius, admirandique partu Iudæis esse manifestum, quod Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum atque insignium virorum traditione susceptus. Te Deum 14

In Laud fit commem. Fer.

Et S. Eusebii Episc. & mart.

Anna. Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam.

V. Iustus ut palma florebit.

R. Sicut cedrus Libani multiplicabit. Oratio.

**D**Eus, qui nos beati Eusebii martyris tui atque Pontificis annis solemnitate lætificasti; concede propitius, ut, cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

# OFFICIA SANCTORUM

CELEBRANDA DE PRÆCEPTO.

*Ex indulto Apostolico in aliquibus locis.*

## FERIA SEXTA

*Post Dominicam Passionis celebratur Officium Septem Dolorum B.M.V. Dupl. majus.*

*Ad Vesperas, Ant.*

Vadam ad montem myrrhæ,  
& ad collem thuris.

*Psal.* Credidi, cum reliquis,  
*ut in Vesp. Feria v. in Cæna Dñi.*

*Ant.* Dilectus meus candidus,  
& rubicundus, coma capitis  
ejus sicut purpura Regis  
vincta canalibus.

*Psal.* Ad Dominum.

*Ant.* Quò abiit dilectus tuus,  
ò pulcherrima mulierum?  
quò dilectus tuus declinavit?

*Psal.* Eripe me Domine.

*Ant.* Fasciculus myrrhæ dilectus  
meus, mihi, inter ubera  
mea commorabitur.

*Psal.* Domine clamavi.

*Ant.* Fulcite me floribus, stipate  
me malis, quia amore languo.

*Psal.* Voce mea.

*Capitulum. I. I. a. e. 53.*

**O**vis credidit auditui nostro?  
& brachium Domini cui  
revelatum est? Et ascendet  
sicut virgultum coram eo,  
& sicut radix de terra  
siccanti.

*Hymnus.*

**S**tabat mater dolorosa,  
Juxta Crucē lacrymosa,  
Dum pendeat Filius.

Cujus animam gementem,  
Contristantē, & dolentem,  
Pertransibat gladius.

**O** quam tristis, & afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti.

Quæ mœrebat, & dolebat,  
Pia Mater dum videbat  
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo, qui non fletet,  
Matrem Christi si videret  
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,  
F Ma-

Matrem Christi cōtemplari  
 Dolentem cum Filio?  
 Pro peccatis suæ Gentis,  
 Vidit Jesum in tormentis,  
 Et flagellis subditum,  
 Vidit suum dulcē Natum,  
 Moriēdo desolatū,  
 Dum enīsit spiritū.  
 Eja mater fons amoris,  
 Me sentite vim doloris,  
 Fac ut tecum lugeam.  
 Fac ut ardeat cor meum  
 In amando Christū Deum,  
 Ut sibi complaceam. Amen.  
 V. Ora pro nobis Virgo do-  
 lorosissima.  
 R. Ut digni efficiamur pro-  
 missionibus Christi.

*Al Magnificat, Ana.* Tuam  
 ipsius animam (ait ad Mariā  
 Simeon) pertransibit gladius.

*Oratio.*

**D**Eus, in cujus passio-  
 ne, secundum Simeonis  
 Prophetiam, dulcissimam  
 animam gloriose Virginis, &  
 Matris Marię doloris gladius  
 pertransiuit: concede propi-  
 tius, ut qui transfixionē ejus,  
 & passionem venerando reco-  
 limus, gloriosis meritis, &  
 precibus omnium Sanctōrū  
 Cruci fideliter astantium in-  
 tercedentibus, passionis tuę  
 effectam felicem consequamur.  
 Qui vivis, & regnas.

*Er sit com nem. Feria.*

*Al Matutinam, in vitatoriu.*

Dolores gloriose recolentis  
 virginis: Dominum pro nobis  
 passum, \* Venite adoremus.  
*Psal. Venite exultemus.*

*Hymnus.*

**S**ancta Mater istud agas,  
 Crucifixi sięe plagas  
 Cordi meo valide.  
 Tui Nati vulnerati,  
 Tam dignati pro me pati,  
 Pœnas mecum divide.  
 Fac me tecum pie flere,  
 Crucifixi condolere,  
 Donec ego vixero.

Juxta Crucem tecum stare,  
 Et me tibi sociare,  
 In p̄actu desidero. Amen.  
*Inj. Noë. Ana.* Astiterunt  
 reges terrę, & principes con-  
 venerunt in unum, adversus  
 Dominum, & adversus Chris-  
 tum ejus. *Psal. 2.*

**Q**uare fremuerunt Gen-  
 tes, \* & populi medita-  
 ti sunt inania?

Astiterunt reges terrę, &  
 principes convenerunt in  
 unum: \* adversus Domi-  
 num, & adversus Christum  
 ejus.

Dirumpamus vincula eo-  
 rum: \* & projiciamus à nobis  
 jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis, irrido-  
 bit

bit eos : \* & Dominus sub-  
fannabit eos .

Tunc loquetur ad eos in  
ira sua , \* & in furore suo con-  
turbabit eos .

Ego autem constitutus sum  
Rex ab eo super Sion mon-  
tem sanctum ejus , \* prædi-  
cans præceptum ejus .

Dominus dixit ad me : \* Fi-  
lius meus es tu , ego hodie  
genui te .

Postula à me , & dabo tibi  
Gentes hæreditatem tuam , \*  
& possessionem tuam termi-  
nos terræ .

Reges eos in virga ferrea , \*  
& tamquam vas figuli con-  
fringes eos .

Et nunc reges intelligite : \*  
erudimini , qui judicatis terrã .

Servite Domino in timore :  
\* & exultate ei cum tremore .

Apprehendite disciplinam ,  
ne quando irascatur Domi-  
nus , \* & pereatis de via justa .

Cum exarserit in brevi ira  
ejus , \* beati omnes , qui con-  
fidunt in eo .

*Ant.* Assiterunt reges terre,  
& principes convenerunt in  
unum adversus Dominum ,  
& adversus Christum ejus .

*Ant.* Voce mea ad Domi-  
num clamavi , & exaudivit  
me de monte sancto suo .

*Psalms 3.*

**D**omine , quid multipli-  
cati sunt qui tribulant  
me ? \* multi inturgunt ad-  
versum me .

Multi dicunt animæ meæ :  
\* non est salus ipsi in Deo  
ejus .

Tu autem Domine suscep-  
tor meus es , \* gloria mea , &  
exaltans caput meum .

Voce mea ad Dominum  
clamavi : & exaudivit me de  
monte sancto suo .

Ego dormivi , & soporatus  
sum : \* & exurrexi , quia Do-  
minus suscepit me .

Non timebo millia populi  
circumdantis me : \* exurge  
Domine , saluum me fac  
Deus meus .

Quoniam tu percussisti om-  
nes advertantes mihi sine  
causa : \* dentes peccatorum  
contrivisti .

Domini est salus : & super  
populum tuum benedictio  
tua .

*Antiphona.* Voce mea ad  
Dominum clamavi , & exau-  
divit me de monte sancto  
suo .

*Antiphona.* Factum est cor  
meum tanquam ceram  
liquecens in medio ventris  
mei .

*Psalms*

*Psalmus 12.*

**U**Squequò Domine obli-  
visceris me in finem?  
\* Uisquequò avertis faciem  
tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in  
anima mea, \* dolorem in  
corde meo per diem?

Uisquequò exaltabitur in-  
imicus meus super me? \* res-  
pice, & exaudi me, Domine  
Deus meus.

Illumina oculos meos, ne  
unquam obdormiam in mor-  
te: \* ne quando dicat inimicus  
meus: Pravalui adversus eum.

Qui tribulant me, exulta-  
bunt, si motus fuero: ego au-  
tem in misericordia tua spe-  
ravi.

Exultabit cor meum in sa-  
lutari tuo: cantabo Domino  
qui bona tribuit mihi: \* &  
psallam nomini Domini al-  
tissimi.

*Aria.* Factum est cor meum  
tanquam cera liquefcens in  
medio ventris mei.

*ÿ.* Posuit me desolatam.

*R.* Tota die mœrore confe-  
ctam.

*Pater noster.*

*Absolutio.* Exaudi Domine.

*ÿ.* Jude domne benedicere.

*Bened.* Benedictione perpetua.

*Lectio j. Cap. 53.*

De Itaja Propheta:

**Q**uis credidit auditui no-  
stro? & brachium Do-  
mini cui revelatum

est? & ascendet sicut virgul-  
tum coram eo, & sicut radix  
de terra sitienti. Non est spe-  
cies ei, neque decor: & vidi-  
mus eum, & non erat aspe-  
ctus, & desideravimus eum:  
Despectum, & novissimum  
virorum, virum dolorum, &  
scientem infirmitatem: &  
quasi absconditus vultus ejus,  
& despectus, unde nec repu-  
tavimus eum. Verè languo-  
res nostros ipse tulit, & dolo-  
res nostros ipse portavit: &  
nos putavimus eum quasi  
leprosum, & percussum à  
Deo, & humiliatum. Ipse  
autem vulneratus est propter  
iniquitates nostras, attritus  
est propter scelera nostra:  
disciplina pacis nostræ super  
eum, & livore ejus sanati  
sumus.

*R.* Dilectus meus candidus,  
& rubicundus, & totus desi-  
derabilis: \* Omnis enim  
figura ejus amorem spirat, &  
ad redamandam provocat:  
caput inclinatum, manus ex-  
pantiæ, pectus apertum.

*ÿ.* Piis, o Virgo, spectas eum  
oculis, contemplans in eo non  
tam

tam vulnerum livorem, quā  
mundi salutem. Omnis.

*Brio.* Unigenitus Dei filius.

*Lectio ii.*

**O**Mnes nos quasi oves  
erravimus, unusquis-  
que in viam suam declinavit,  
& posuit Dominus in eo ini-  
quitate omnium nostrum.  
Oblatus est, quia ipse voluit,  
& non aperuit os suum: sicut  
ovis ad occisionem ducetur,  
& quasi agnus coram tondente  
se, obmutescet, & non aperiet  
os suum. De angustia, &  
de iudicio sublatus est: genera-  
tionem ejus quis enarrabit?  
quia abscessus est de terra vi-  
ventium: Propter scelus populi  
mei percussus est. Et dabit  
impios pro sepultura, & divitem  
pro morte sua: eò quòd ini-  
quitate non fecerit, neque dolus  
fuerit in ore ejus.

*R.* Manus ejus tornatiles, cla-  
vorum cuspide terebratæ:  
\* Humanæ salutis pretio qua-  
si hyacinthis refertæ,

*V.* Cornua in manibus ejus:  
ibi abscondita est fortitudo  
ejus: sunt enim manus ejus.  
Humanæ.

*Brio.* Spiritus sancti gratia.

*Lectio iii.*

**E**T Dominus voluit con-  
terere eum in infirmita-

te: si posuerit pro peccato  
animam suam, videbit semen  
longævum, & voluntas Do-  
mini in manu ejus dirigetur.  
Pro eo quòd laboravit anima  
ejus, videbit, & saturabitur:  
in scientia sua justificabit ipse  
justus servus meus multos, &  
iniquitates eorum ipse porta-  
bit. Ideò dispertiam ei pluri-  
mos, & fortium dividet spo-  
lia, pro eo quòd tradidit in  
mortem animam suā, & cum  
sceleratis reputatus est, ipse  
peccata multorum tulit, &  
pro transgressoribus rogavit.

*R.* Diligebat Jesus Joannem:

\* Quia specialis prærogativa  
castitatis ampliori dilectione  
eum fecerat dignum, quia  
virgo electus ab ipso, virgo in  
ævum permansit.

*V.* In cruce denique moritu-  
rus huic matrem virgini com-  
mendavit. Quia.

Gloria Patri Quia.

*In secundo Nocturno.*

*Ant.* Inimici mei dixerunt  
mala mihi: Quando morietur,  
& peribit nomen ejus?

*Psalm. 40.*

**B**Eatus qui intelligit super  
ezrenum, & pauperem:  
\* in die mala liberabit eum  
Dominus.

Dominus conservet eum, &

vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: \* & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Domine opem ferat illi super lectum doloris ejus: \* universam stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: \* Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur, \* cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: \* adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: \* Nunquid qui dormit, non alijciet, ut resurgat.

Etenim homo pacis meo, in quo speravi: \* qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: \* & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: \* quoniam non

gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: \* & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo, \* & usque in saeculum. fiat, fiat.

*Ant.* Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen ejus?

*Ant.* Deus vitam meam annunciai tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

*Psal.* 55.

**M**iserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: \* tota die impugnans tribulavit me.

Conculcaverunt me inimici mei tota die: \* quoniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine dici timebo: \* ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: \* non timebo, quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea exacerabantur: \* adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, & abscondent: \* ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut

Sicut sustinuerunt animam  
meam pro nihilo saluos facies  
illos: \* in ira populo cōfringes.

Deus, vitam meam annun-  
ciavi tibi: \* posuisti lacrymas  
meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua:  
\* tunc convertentur inimici  
mei retrorsum.

In quacumque die invoca-  
vero te: \* ecce cognovi, quo-  
niam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in  
Domino laudabo sermonem:  
in Deo speravi, non timebo,  
quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua: \*  
quæ reddam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam  
meam de morte, & pedes  
meos de lapsu: \* ut placeam  
coram Deo in lumine vi-  
ventium.

*Ars.* Deus, vitam meam an-  
nunciavi tibi, posuisti lacry-  
mas meas in conspectu tuo.

*Ars.* Filii hominum, dentes  
eorum arma, & sagitta, &  
lingua eorum gladius acutus.

*Psalm.* 56.

**M**iserere mei Deus, mise-  
rere mei: \* quoniam  
in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tua-  
rum sperabo: \* donec transeat  
iniquitas.

Ciamabo ad Deum altissi-  
mum: \* Deum, qui benefecit  
mihi.

Misit de cœlo, & liberavit  
me: \* dedit in opprobrium  
conculcantes me.

Misit Deus misericordiam  
suam, & veritatem suam, \*  
& eripuit animam meam de  
medio catulorum leonum:  
dormivi conturbatus.

Filii hominum, dentes eo-  
rum arma & sagitta: \* & lin-  
gua eorum gladius acutus.

Exaltare super cœlos Deus:  
\* & in omnem terram gloria  
tua.

Laqueum paraverunt pedi-  
bus meis: \* & incurvaverunt  
animam meam.

Foderunt ante faciem meam  
foveam: \* & inciderunt in  
eam.

Paratum cor meum, Deus,  
paratum cor meum: \* canta-  
bo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge  
psalterium & cithara: \* exur-  
gam diluculo.

Confitebor tibi in populis  
Domine: \* & psalmum dicam  
tibi in Gentibus.

Quoniam magnificata est  
utque ad cœlos misericordia  
tua, \* & utque ad nubes ve-  
ritas tua.

Exaltare super cœlos Deus:  
\* & super omnem terram  
gloria tua.

*Ana.* Filii hominum, dentes  
eorum arma, & sagitta, &  
lingua eorum gladius acutus.  
Ÿ. Facies mea intumuit à  
fletu.

℞. Et palpebræ meæ caliga-  
verunt.

Pater noster.

*Absol.* Ipsius pietas.

Ÿ. Jube domine benedicere.

*Bened.* Deus Pater.

Sermo S. Bernardi Abb.

*Ex Serm. 12. de Stellis.*

*Lectio iv.*

**M**artyriū Virginis tam  
in Simeonis prophe-  
tia, quā in ipsa Dominicæ  
Passionis historia commen-  
datur. Positus est hic (ait  
sanctus senex de puero Jesu)  
in signum, cui contradicetur,  
& tuam ipsius animam (ad  
Mariam autem dicebat) per-  
transibit gladius. Verè tuam,  
ò beata mater, animam per-  
transiuit. Alioquin non nisi  
eam pertransiens, carnem  
Filii tui penetraret. Et qui-  
dem posteaquam emisit spi-  
ritum tuus ille Jesus, ipsius  
planè non attigit animam  
crudelis lancea, quæ ipsius  
aperuit latus, sed tuam uti-

quæ animam pertransiuit:  
ipsius nimirum anima jam  
ibi non erat, sed tua planè  
inde nequibat avelli.

℞. Tenebræ factæ sunt, cum  
crucifixissent Jesum Judei, &  
circa horam nonam exclama-  
uit Jesus voce magna: Deus  
meus, Deus meus ut  
quid dereliquisti me? \* Et in-  
clinatio capite emisit spiritū.  
Ÿ. Quis tibi nunc sentus, dum  
cernis talia, Virgo? Et.

*Brio.* Christus perpetuæ.

*Lectio v.*

**T**Uam ergo pertransiuit  
animam vis doloris, ut  
plurquam Martyrem non  
inmerito prædicemus, in qua  
nimirum corporeæ sentiam  
passionis excelsit compas-  
sionis affectus. An non tibi  
plurquam gladius fuit sermo  
ille, reverà pertransiens ani-  
mam, & pertingens usque ad  
divisionem animæ & spiritus:  
Mulier ecce filius tuus? O  
com-nutationem! Joannes  
tibi pro Jesu traditur, seruus  
pro Domino, discipulus pro  
Magistro, filius Zebedæi pro  
Filio Dei, homo parus pro  
Deo vero. Quomodo non  
tuam affectu diuinam ani-  
mam pertransiret hæc audi-  
tio, quando & nostra, licet  
fasca,

faxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?

R. Passio Domini: \* Ipsam ejus matrem carnali orbitate graviter percussit, vehementissime contristavit.

Y. Ferrum lanceæ militaris, latus quidem Salvatoris, animam verò transivit Virginis matris. Ipsam.

Bis. Ignem suis amoris.

Lesio vj.

**N**on miremini, fratres, quòd Maria martyr in anima fuisse dicatur. Mirretur qui non meminerit se audivisse Paulum inter maxima Gentium crimina memorantem, quòd sine affectione fuisset. Longè id fuit à Mariæ visceribus, longè sit à servulis suis. Sed fortè quis dicat: Nunquid non eum præscierat moriturum? Et indubitanter. Nunquid non sperabat continuò resurrecturum? Et fideliter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam tu frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam patientem, quàm Mariæ filium patientem? Ille etiam mori corpore potuit, ista commoti corde non potuit? Fecit illud charitas,

qua majorem nemo habuit, fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

R. Quis mihi det te fratrem meum lugentem ubera matris meæ, & inherendo lateri tuo, ut sanguis tuus sanguinem meum tangat, & tergat?

\* Ut fons aquæ tuæ de scaturigine recti cordis, per venas boni operis, in finem æterna felicitatis exinat?

Y. Fium tuum de longè venient, & filia tua de latere surgent, Ut fons.

Gloria Patri. Ut fons.

In tertio Nocturno.

Ant. Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculata.

Palm. 63.

**E**Xaudi Deus orationem meam, cum deprecor: \* a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: \* à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacerant, ut gladium linguas tuas: \* intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Sabitò sagittabunt eum, & non timebunt: \* firmaverunt sibi sermonem nequam.

Nar-

OFFICIUM SEPTEM DOLORUM

90  
Narraverunt, ut absconderent laqueos: \* dixerunt. Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: \* defecerunt scrutantes scrutinyo.

Accedet homo ad cor altum: \* & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum, \* & infirmitates sunt contra eos linguae eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei: \* & facta ejus intellexerunt.

Latabitur justus in Domino, & sperabit in eo, \* & laudabuntur omnes recti corde.

*Ana.* Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in oculis tuis maculatum.

*Ana.* Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber. *Palm.* 87.

**D**omine Deus salutis meae: \* in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: \* inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea, \* & vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendens in lacum: \* factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: \* & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: \* in tenebrosis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: \* & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti in me: \* posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: \* oculi mei langueverunt pro inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die: \* expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? \* aut medici succubunt, & consueverunt tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, \* & veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua, \* & justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Domine clamavi: \* & manet oratio mea prevenit te.

Uc

Ut quid Domine repellis  
orationem meam: \* avertis  
faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labo-  
ribus à juventute mea: \*  
exaltatus autem, humiliatus  
sum, & conturbatus.

In me tranfierunt ira tua: \*  
& terrores tui conturbave-  
runt me.

Circumdederunt me sicut  
aqua tota die: \* circumdede-  
runt me simul.

Elongasti à me amicum, &  
proximum: \* & notos meos  
à miseria.

*Aia.* Factus sum sicut ho-  
mo sine adiutorio inter mor-  
tuos liber.

*Aia.* Replevit me amaritu-  
dine: inebriavit me ablyn-  
thio. *Psal. 108.*

**D**eus laudem meam ne  
tacueris, \* quia os pec-  
catoris, & os dolosi super me  
apertum est.

Locuti sunt adversum me  
lingua dolosa, & sermonibus  
odii circumdederunt me, \* &  
expugnaverunt me gratis.

Pro eo, ut me diligenter, de-  
trahebant mihi, \* ego autem  
orabam.

Et posuerunt adversum me  
mala pro bonis, \* & odium  
pro dilectione mea.

Constituere super eum peccas-  
torem, \* & diabolus stet à  
dextris ejus.

Cum judicatur, exeat con-  
demnatus, & oratio ejus fiat  
in peccatum.

Fiant dies ejus pauci, \* &  
episcopatum ejus accipiat al-  
ter.

Fiant filii ejus orphani, \* &  
uxor ejus vi sua.

Nutrites transferantur filii  
ejus, & maledicent, \* & eji-  
antur de habitationibus suis.

Scrutetur fenerator omnem  
substantiam ejus: \* & diri-  
pant alieni labores ejus.

Non sit illi adiutor: \* nec sit,  
qui misereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum:  
\* in generatione una deleatur  
nomen ejus.

In memoriam redeat ini-  
quitas patrum ejus in conspe-  
ctu Domini: \* & peccatum  
matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dominum  
semper, & dispereat de terra  
memoria eorum: \* pro eo  
quod non est recordatus face-  
re misericordiam.

Et persecutus est hominem  
inopem, & mendicem, \* &  
compunctum corde morti-  
ficare.

Et dilexit maledictionem;

& veniet ei : \* & noluit benedictionem , & elongabitur ab eo .

Et induit maledictionem sicut vestimentum , \* & intravit sicut aqua in interiora ejus , & sicut oleum in ossibus ejus .

Fiat ei sicut vestimentum , quo operitur : \* & sicut zona , qua semper præcingitur .

Hoc opus eorum , qui detrahunt mihi apud Dominum : \* & qui loquuntur mala adversis animam meam .

Et tu Domine , Domine , fac mecum propter nomen tuum : \* quia suavis est misericordia tua .

Libera me , quia egenus , & pauper ego sum : \* & cor meum conturbatum est intra me .

Sicut umbra cum declinat , ablatum sum : \* & excussus sum sicut locustæ .

Genua mea infirmata sunt à jejunio : \* & caro mea immutata est propter oleum .

Et ego factus sum opprobrium illis : \* viderunt me , & moverunt capita sua .

Adjuva me , Domine Deus meus : \* salvum me fac secundum misericordiam tuam .

Et sciât , quia manus tua hæc \* & tu Domine fecisti eam .

Maledicent illi , & tu benedices : \* qui insurgunt in me confundantur : servus autem tuus lætabitur .

Induantur qui detrahunt mihi , pudore : \* & operiantur sicut diploide confusione sua .

Confitebor Domino nimis in ore meo : \* & in medio multorum laudabo eum .

Quia astetit à dextris pauperis , \* ut salvam faceret à persecquentibus animam meam .

*Ant.* Replevit me amaritudine , inebriavit me absinthio .  
*Ps.* Deus vitam meam annuntiavi tibi .

& . Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo . Pater noster .

*Absolnt.* A vinculis .

*Ps.* Jube domne benedicere .

*Bño.* Evangelica lectio .

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem .

*Lectio vij. Cap. 14.*

**I**n illo tempore : Stabant iuxta Crucem Jesu mater ejus , & soror matris ejus Maria Cleophae , & Maria Magdalenæ . Et reliqua .

Homilia S. Augustini Episc.

*Tract. 119. in Joann.*

**H**æc nimirum est illa hora , de qua Jesus aquam converturus in vinum , dixerat matri : Quid mihi ,

**m**ihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus, non divinitatis, sed infirmitatis matrem, velut incognitam repellebat. Nunc autem humana iam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano. Moralis igitur insinuat locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, ut à filiis piis impendatur cura parentibus: tanquam signum illud, ubi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

\* Doleo super te, fili mi Jesu, decore nimis, & amabilis super amorem mulierum: \* Sicut enim mater unicū diligit filium, ita ego te diligebam.

Ÿ. Derexit in dolore vita mea, & aſſi mei in gemitibus. Sicut, Bñs. Cujus festum colimus ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

*Lectio viij.*

**E**X hac sancta doctrina didicerat Paulus Apo-

stolus, quod docebat, quando dicebat: Si quis autem suis, & & maxime domesticis non providet, fidem negavit, & est fideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filiis, aut parentibus filii? Hujus itaque saluberrimi præcepti ipse Magister Sanctorum, de seipso constituere exemplum, quando non ut famule Deus, quam creaverat, & regebat, sed ut matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat.

\*. Eja mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugeamus: \* Et Dominicæ passionis fructum sentiamus.

Ÿ. Et sicut filius tuus Jesus pro nobis mortuus est, & resurrexit, ita & nos commortui cum eodem resurgamus. Et.

Gloria Patri. Et Dominicæ

*Lectio ix. legitur de Hom. feria.*

**A D L A U D E S,**

*Ÿ per Horas, Aria.*

**V** Adam ad montem myrrhæ, & ad collē thuris.

*P. alm.* Dominus regnavit cum reliquis.

*Ant.* Dilectus meus candidus & rubicundus, coma capitis ejus sicut purpura Regisincta canalicibus.

*Ant.* Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quò dilectus tuus declinavit?

*Ant.* Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea com notabitur.

*Ant.* Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.

*Capit.* Quis credidit auditui nostro. *ut sup. in Vesp.*

*Hymnus.*

**V**irgo virginum præclara,  
Mihî jam nõ sis amara,  
Fac me tecum plangere.

Fac ut portè Christi mortè,  
Passionis fac consortem,  
Et plagas recolere.

Et me plagis vulnerari,  
Fac me Cruce inebriari,  
Et cruore Filii.

Flammis ne urar succensus,  
Per te, Virgo, sim defensus  
In die iudicii.

Christe, cum sit hinc exire,  
Da per Matrem me venire  
Ad palmam victoria.

Quando corpus morietur,  
Fac ut anime donetur  
Paradisi gloria. Amen.

Ÿ. Ora pro nobis Virgo doli-  
tissima.

R. Ut digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

*Ad Benedictus, Ant.*

Cum vidisset Jesus Matrem  
stantem juxta Crucem, &  
discipulum quem diligebat,  
dicit matri suæ: Mulier, ecce  
filius tuus: Deinde dicit disci-  
pulo: Ecce mater tua.

*Orat.* Deus, in ejus passione.  
*ut supra. Et sit commem. jeria.*

*Hymni Horarum termina-  
buntur per versum, Jesu, tibi  
sit gloria.*

*Ad Primam, Ant.*

Vadam ad montem.

R. *breve.* Christi Fili Dei vivi,  
Ÿ. Qui passus es pro homine.

*Ad Tertiam, Ant.*

Dilectus meus.

*Capit.* Quis credidit.

R. *breve.* Posuit me, Desola-  
tam. Posuit me.

Ÿ. Tota die marore confe-  
ctam. Desolatam.

Gloria Patri. Posuit me.

Ÿ. Facies mea intumuit à  
fletu.

R. Et palpebræ meæ taliga-  
verunt.

*Ad Sextam, Ant.*

Quò abiit.

*Capitulum. Isaiã 53.*

**I**plè vulneratus est propter  
iniquitates nostras, attri-  
tus est propter scelera nostra.

Di-

Disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus sanati sumus.

*R. breve.* Facies mea, \* Intumuit a fletu. Facies.

*ŷ.* Et palpebra meae caligerunt. Intumuit.

Gloria Patri. Facies.

*ŷ.* Deus, vitam meam annunciaui tibi.

*R.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

*Al Nonam, Ant.*

Fulcite me floribus.

*Capitulum. L'aj. 51. c.*

**G**enerationem ejus quis enarrabit? quia abicissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussit eum.

*R. breve.* Deus vitam meam, \* Annunciaui tibi. Deus.

*ŷ.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Annunciaui.

Gloria Deus.

*ŷ.* Ora pro nobis Virgo dolorosissima.

*R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*La ij. Vesper. Ant.* Vadam ad montem. cum reliq. de Laud.

*Psal. Capit. Hymn. & ŷ. ut supra in j. Vesper.*

*Al Magnificat, Ant.*

Cum visisset Jesus matrem stantem juxta Crucem, & di-

scipulum, quem diligebat, dicit Matruae: Mater; ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

*Oratio.* Deus in cujus. *ut sup.*

*Et sit commemor. feria.*

## DIE V. MAII.

*In festo B. Pii Quinti Pontificis. Semiduplex.*

*Rome de Precepto, & in Oppido Bo. et Dertonen. Diocesis, necnon Diocesis Montis Regalis, Nepejina, & Sutrina.*

*Oratio.* Exaudi. *& alia de Communi Confej. Pontij. prae- ter Lectiones ij. Noct.*

*LECTIO IV.*

**P**ius in Oppido Insubriae, quod Bolcum vocant, natus, sed e Bononia oriundus ex nobili Ghisteriorum familia, cum quatuordecim esset annorum Ordinem Predicatorum ingressus est. Erat in eo admirabilis patientia,

profunda humilitas, summa vitae austeritas, continuum orationis studium, & regularis observantiae, ac divini honoris ardentissimus zelus,

Philosophiae verò, ac Theologiae incumbens, adeo in his excelluit, ut illas docendi munus magna cum laude per multos annos exerceret. Sa-

eras conciones pluribus in-

locis

locis

locis

locis

locis

locis

locis

Jocis cum ingenti auditorum fructu habuit. Inquisitoris officium inviolabili animi fortitudine diu sustinuit, multasque Civitates, non sine vitæ discrimine, ab hæresi tunc grassante immunestervavit.

℞. Inveni David.

*Lectio v.*

**A** Paulo quarto, cui ob eximias virtutes carissimus erat, ad Nepefinum, & Sutrinum Episcopatum promotus, & post biennium inter Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales adscriptus fuit. Tum ad Ecclesiam Montis Regalis in Subalpinis à Pio quarto translatus, cum plures in eam abusus irrepsisse cognovisset, totam Diocesim lustravit, rebusque compositis Romam revertens, gravissimis expediendis negotiis applicatus, quod justum erat, Apostolica libertate, & constantia tenebat. Mortuo autem Pio, præter omnium expectationem electus Pontifex, nihil in vitæ ratione, excepto exteriori habitu, immutavit. Fuit in eo religionis propagandæ perpetuum studium, in Ecclesiastica disciplina restituenda indefessus labor, in

extirpandis erroribus assidua vigilantia, in sublevandis egentium necessitatibus indeficiens beneficentia, in Sedis Apostolicæ juribus vindicandis robor invictum.

℞. Posui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**S**elimum Turcarum Tyrannum multis elatum victoriis, ingentem comparata classe, ad Echinadas insulas, non tam armis, quam fuis ad Deum precibus devicit. Quam victoriam ea ipsa hora, qua obtenta fuit, Deo revelante, cognovit, tuncque familiaribus indicavit. Dum verò novam in ipsos Turcas expeditionem moliretur, in gravem morbum incidit, & acerbissimis doloribus patientissimè toleratis ad extrema deveniens, cum Sacramenta de more suscepisset, animam Deo placidissimè reddidit, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, ætatis suæ sexagesimo octavo, cum sedisset annos sex, menses tres, dies viginti quatuor. Corpus ejus in Basilica sanctæ Mariæ ad Præsepè summa fidelium veneratione colitur. Multis à Deo ejus intercessionem patris miraculis.

℞. Iste

℞. Ille est. 10.

*In iij. Noct. Homil. S. Hilarii  
Episc. in Evang. Vigilate. ad  
eodem Communi secundo loco.*

*Dominica ii. Novembris.*

PATROCINIUM

*Virg. Maria. Dupl. maius.*

*Omnia ut in eius festo ad Nives  
die 5. Augusti, præter Lectiones  
secundi Noct. quæ hic sequuntur.*

*In secundo Nocturno.*

Sermo S. Joannis Chryost.

*Apud Metaph. Lectio vi.*

**D**Ei Filius non divitem,  
aut locupletem aliquã  
feminam sibi matrem ele-  
git, sed beatam Virginem il-  
lam, cujus anima virtutibus  
ornata erat. Cùm enim bea-  
ta Maria supra omnem hu-  
manam naturam castitatem  
servaret, propterea Christum  
Dominum in ventre conce-  
pit. Ad hanc igitur sanctissi-  
mam Virginem, & Dei ma-  
trem accurrentes, ejus patro-  
cinii utilitatem assequamur.  
Itaque quæcumque estis vir-  
gines ad matrem Domini  
confugite. Illa enim pulcher-  
rimam, pretiosissimam, &  
incorruptibilem possessionem  
patrocinio suo vobis con-  
servabit.

℞. Sicut cedrus. 47.

*Lectio v.*

**M**AGNUM reverà mira-  
culum, fratres dile-  
ctissimi, fuit beata semper  
virgo Maria. Quid namque  
illa majus aut illustrius ullo  
umquam tempore inventum  
est, seu aliquando inveniri  
poterit? Hæc sola cælum, ac  
terram amplitudine supera-  
vit. Quidnam illa sanctius?  
Non Prophetæ, non Apostoli,  
non Martyres, non Patriar-  
chæ, non Angeli, non Thro-  
ni, non Dominationes, non  
Seraphim, non Cherubim,  
non denique aliud quidpiam  
inter creatas res visibiles, aut  
invisibiles, majus aut excel-  
lentius inveniri potest. Ea-  
dem ancilla Dei est, & mater;  
eadem virgo, & Genitrix.

℞. Quæ est ista. 48.

*Lectio vi.*

**H**ÆC ejus mater est, qui à  
Patre ante omne prin-  
cipium genitus fuit, quem  
Angeli, & homines agno-  
scunt Dominum rerum om-  
nium. Visne cognoscere  
quantò Virgo hæc præstan-  
tior sit cælestibus potentiis?  
Illæ cum timore & tremore  
assistunt, faciem velantes  
suam: hæc humanum genus  
illij offert, quem genuit. Per

G hanc

hanc & peccatorum veniam consequimur. Aveigitur mater, cœlum, puella, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria & firmamentum, assidue pro nobis precare Jesum Filium tuum & Dominum nostrum: ut per te misericordiam invenire in die iudicii, & quæ reposita sunt tuis, qui diligunt Deum, bonæ consequi possimus, gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul, & sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium nunc & semper in sæcula sæculorum. Amen.

R. Ornatam. 48.

*In inj. No. 7. Hom. Venerab. Bedæ Presb. in Evang. Loquente Jesu, ut in festo ad Nives, & in vij. R. ubi dicitur, tuam sanctam Festivitatem, dicatur, tuum sanctum Patrocinium.*

*Nona Lectio legitur de Hom. Dominic. & de ea sit commem.*

DIE XXIII. JANUARI.

In testo Desponsationis

B VIRGINIS MARIE

cum S. JOSEPH: *Duph.*

AD VESPERAS,

*Ana. Desponsatio gloriolæ cum reliq. de Laudib. P. alm. Dixit Dominus, cum reliq. in officio parvo.*

*Capitul. Ab initio.*

*Hymn. Ave maris stella.*

¶ Desponsatio est hodie sanctæ Mariæ Virginis.

R. Cujus vita incluta cunctas illustrat Ecclesias.

*Ad Magnificat, Ana.*

Gloriolæ Virginis Mariæ Desponsationem dignissimam recolamus, quæ & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

*Oratio.*

**F**Amulis tuis, quæsumus Domine, cœlestis gratiæ manus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exordium, Desponsationis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum.

*Deinde sit con nem. SS. Vincentii, & Anastasii mart.*

*Ana. Gaudent in cœlis.*

¶ Exultabunt.

*Oratio. Adesto Domine, ut in Communi plurim. Martyr.*

*Postea S. Emerentiana virg. & mart.*

*Ana. Veni sponsa.*

¶ Specie tua.

*Oratio.*

*Oratio.* Indulgentiam nobis.  
de Communi Virginum.

*Ad Matutinum, Invitat.*

Desponsationem Virginis  
Mariæ celebremus : \* Chri-  
stum ejus Filium adoremus  
Dominum.

*Psal.* Venite, exultemus.

*Hymn.* Quem terra.

*Ant.* & *Psalmi, Nocturno-  
rum, ut in Officio B. M. in  
Sabbato.*

*In primo Nocturno.*

¶ Specie tua, & pulchritu-  
dine tua.

℞. Intende, prosperè procede,  
& regna.

Incipiunt Cantica canticorū.

*Lectio j. Cap. i.*

**O**sculetur me osculo oris  
sui : quia meliora sunt  
libera tua vino, fragrantia  
unguentis optimis . Oleum  
effusum nomen tuum : ideo  
adulescentiæ dilexerunt te .  
Trahe me post te : curremus  
in odorem unguentorum  
tuorum. Introduxit me Rex  
in cellaria sua, exultabimus,  
& lætabitur in te, memores  
uberum tuorum super vi-  
num : recti diligunt te. Nigra  
sum, sed formosa, filia Jeru-  
salem, sicut tabernacula Ce-  
dar, sicut pelles Salomonis.

℞. Hodie Desponsata est bea-

ta Virgo Maria ex progenie  
David : \* Per quam salus  
mundi credentibus apparuit,  
cujus vita gloriola lucem de-  
dit sæculo.

¶ Desponsationem beatæ Ma-  
riæ Virginis cum gaudio cele-  
bremus . Per .

*Lectio ii.*

**N**olite me considerare,  
quòd fulca sim, quia  
decolora vit me Sol : filii ma-  
tris meæ pugnauerunt contra  
me, posuerunt me custodem  
in vineis : vineam meam non  
custodivi. Indica mihi, quem  
diligit anima mea, ubi pascas,  
ubi cubes in meridie, ne vaga-  
ri incipiam post greges soda-  
lium tuorum. Signoras te, o  
pulcherrima inter mulieres,  
egredere, & abi post vestigia  
gregum, & pascce hædos tuos  
juxta tabernacula pastorum.  
Equitatu meo in curribus  
Pharaonis assimilavi te, ami-  
ca mea. Pulchræ sunt genæ  
tuæ sicut turturis : collum  
tuum sicut monilia .

℞. Beatissimæ Virginis Ma-  
riæ Desponsationem devotissi-  
mè celebremus : \* Ut ipsa  
pro nobis intercedat ad Do-  
minum Jesum Christum.

¶ Cum jucunditate Despon-  
sationem beatæ Mariæ Vir-

G 2 ginis

ginis devotissimè celebremus.

Ut.

*Lectio iij.*

**M**urenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suū. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea comorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus: tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypresina.

*R.* Gloriosæ Virginis Mariæ Desponsationem dignissimā recolamus: \* Cujus Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nunciante, concepit Salvatorem mundi.

*V.* Beatissimæ Virginis Mariæ Desponsationem devotissimè celebremus. Cujus.

Gloria Patri. Cujus.

*In secundo Nocturno.*

*V.* Adjuvabit eam Deus vultu suo.

*R.* Deus in medio ejus non commovebitur.

Sermo S. Bernardi Abb.

*Ex Hom. 2. super Missus est.*

*Lectio iij.*

**O**Portebat à principio mundi aliquandiu cellulari divini consilii sacramentum: non quod Deus, si palam opus suum facere vellet, impediri posse ab alio metueret; sed quia ipse, qui non solum potenter, sed etiam sapienter quæcumque voluit fecit, sicut in omnibus operibus suis quædam rerum, vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare contuevit; ita in hoc quoque tam magnifico opere suo, nostræ videlicet reparationis, non tantum potentiam suam sed & prudentiam ostendere voluit.

*R.* Desponsatio gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahamæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. \* Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesias.

*V.* Hodie Desponsata est beata virgo Maria ex progenie David. Cujus.

*Lectio v.*

**C**onveniens ergo erat, ut suaviter quoque omnia, cœlestia scilicet, & terrena disponeret, quatenus & illinc deiciens inquietum, reliquos in pace firmaret: & hic debella-

bellatirus invidum, nobis prius suę humilitatis, & mansuetudinis valde necessarium exemplum relinqueret; sicque mirabili fieret moderamine sapientię, ut & suis suavis, & hostibus fortis appareret.

℞. Cum iucunditate Desponsationem Beatę Marię celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum.

ŷ. Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitare præcellę genitricis Dei Marię. Ut ipsa.

*Lectio vi.*

**Q**uid enim prodesset diabolum a Deo vinci, nobis manentibus superbis? Necessario igitur desponsata est Maria Joseph, quando per hoc, & a canibus sanctum abconditur, & a Sponso virginitas comprobatur, & virginis tam verecundię parcitur, quam famę providetur. Quid sapientius? quid dignius Divina providentiã? Uno tali consilio, secretis cœlestibus, & admittatur testis, & excluditur hostis, & integra servatur fama Virginis Matris.

℞. Desponsatio tua, Dei genitrix Virgo, gaudium annuñciavit univerto mundo: \*

Ex te enim ortus est Sol iustitię, Christus Deus noster:

Qui solvens maledicti onem, dedit benedictionem: & confundes mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

ŷ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te.

Gloria Patri. Qui solvens.

*In tertio Nocturno.*

ŷ. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℞. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vii. Cap. I. c.*

**C**UM esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presb.

*Lib. I. Comm. in cap. I. Mat. b.*

**Q**uare non de simplici Virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph, origo Marię monstraretur: secundò, ne lapidaretur a Judæis, ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata con-

ceptus sit: Ut partus, in-  
quiens, ejus celaretur diabolo,  
dum eum putat non de virgi-  
ne, sed de uxore generatum.

℞. Beatam me dicens omnes  
generationes: \* Quia fecit  
mihî Dominus magna qui  
potens est, & sanctum no-  
men ejus.

ÿ. Et misericordia ejus à pro-  
genie in progenies timentibus  
eum. Quia fecit.

*Lectio viii.*

**A**Ntequam convenirent,  
inventa est in utero ha-  
bens de Spiritu sancto. Non  
ab alio inventa est, nisi à Jo-  
seph, qui penè licentia mari-  
tali futuræ uxoris omnia no-  
verat. Quod autem dicitur:  
Antequam convenirent, non  
sequitur, ut postea conven-  
runt, sed Scriptura, quod factum  
non sit, ostendit.

℞. Felix namque es sacra-  
virgo Maria, & omni laude  
dignissima: \* Quia ex te ortus  
est Sol justitiæ: \* Christus  
Deus noster.

ÿ. Ora pro populo, interveni  
pro clero, intercede pro devo-  
to famineo sexu, sentiant om-  
nes tuam juvenem, quicum-  
que celebrant tuam Despon-  
sationem. Quia.

Gloria Patri. Christus.

*Pro S. Emerentiana.*

*Lectio ix.*

**E**merentiana virgo Ro-  
mana, collactanea beatæ  
Agnetis, adhuc catechume-  
na, fide & charitate flagrans,  
furentes in Christianos ido-  
lorum cultores cum vehe-  
mentius accusaret, à concita-  
ta multitudine lapidibus ob-  
ruta est. Quæ in cruciatibus  
orans ad sepulchrum sanctæ  
Agnetis, proprio sanguine,  
quem pro Christo constanter  
effudit, baptizata, animam  
Deo reddidit.

Te Deum laudamus.

*A D L A U D E S,*

*per Horas, Antia.*

**D**espôsatio Gloriosæ Vir-  
ginis Mariæ, ex semine  
Abrahæ, ortæ de tribu Juda,  
clara ex stirpe David.

*Psal. Dominus regnavit.  
cum reliquis de Dominica.*

*Antia.* Desponsatio est hodie  
Sanctæ Mariæ Virginis, cujus  
vita inelyta cunctas illustrat  
Ecclesias.

*Antia.* Regali ex progenie Ma-  
riæ exorta refulget, cujus  
precibus nos adjuvari, mente,  
& spiritu devotissimè posci-  
mus.

*Antia.* Corde, & animo Chri-  
sto canamus gloriam, in hac  
sacra

fiera solemnitate præcellæ  
genitricis Dei Mariæ.

*Añã.* Cum jucunditate Des-  
pensationem Beatæ Mariæ  
celebrenus, ut ipsa pro nobis  
intercedat ad Dominum Je-  
sum Christum.

*Capitulum.* Ab initio.

*Hymn.* O Gloriosa Virginum.  
V. Desponsatio est hodie San-  
ctæ Mariæ Virginis.

R. Cujus vita inclyta cunctas  
illustrat Ecclesias.

*Ad Benedictas, Añã.*

Despensationem hodiernam  
perpetuæ Virginis genitricis  
Dei Mariæ solemniter cele-  
brenus, qua celsitudo throni  
processit, alleluja.

*Oratio, ut supra.*

*Deinde fit commemor. S. Eme-  
rentianæ virg. & mart.*

*Añã.* Simile est. V. Diffusa est.

*Oratio.* Indulgentiam.

*Ad Primam in R. brev. dicit. V.*  
Qui natus es de Maria Vir-  
gine.

*Ad Tertiam, Añã.* Despon-  
satio est hodie.

*Capit.* Ab initio.

R. breve. Specie tua. *Reliqua,*  
*ut in Officio B. M. in Sabbato.*

*In ii. Vesp. Antiph. P. alm. Cap.*

*& Hymnus, ut in primis.*

V. Desponsatio est hodie san-  
ctæ Mariæ Virginis.

R. Cujus vita inclyta cunctas  
illustrat Ecclesias.

*Ad Magnificat, Añã.*

Desponsatio tua, Dei geni-  
trix Virgo, gaudium annun-  
tiavit univerto mundo: ex te  
enim ortus est Sol justitiæ:  
Christus Deus noster, qui  
solvens maledictionem, dedit  
benedictionem & confundens  
mortem, donavit nobis vi-  
tam sempiternam.

*Oratio.* Famulis tuis. *ut supra.*

*Deinde fit commemor. S. Timo-  
thei Episc. & mart.*

*Añã.* Iste sanctus.

V. Gloria & honore.

*Oratio.* Infirmitatē. *de Comm.*

## DOMINICAL

*Octobris.*

*Festum Rosarii B. M. Virg.*

*Duplex majus.*

*Omnia dicuntur ut in festo ad  
Nive 5. Augusti, præter ea,  
quæ hic sequuntur.*

*Oratio.*

**S**olemnitatē Rosarii Bea-  
tissimæ Virginis Mariæ  
genitricis tuæ celebrâtes, que-  
sumus omnipotens Deus, be-  
nigno favore prosequere: qua-  
tenus ita ipsius sacra mysteria  
cõtemplemur in terris, ut post  
hujus vitæ cursum, eorum  
fructus percipere mereamur  
in cœlis. Qui vivis, & regnas

*Et sit comment. Domin. occurr.*

*Ad Matutinam Invitatorium  
Hymnus, Psalmi, & V. ut in  
festo ad Nives.*

*Lectiones primi Nocturni de  
Parabolis Salomonis. Ego sa-  
pientia habito. cum suis Res-  
ponsoris, ut in eodem festo.*

*In secundo Nocturno.*

*Sermo S. Augustini Episc.*

*Serm. 8. de Sanctis, quæ est 2. de  
Annuntiatione Dominica.*

*Lectio iv.*

**A**dest nobis, dilectissimi,  
optatus die beatæ, ac  
venerabilis semper virginis  
Mariæ; idè cum summa  
exultatione gaudeat terra no-  
stra, tantæ virginis illustrata  
solemnitate. Hæc est enim  
flos campi, de qua ortum est  
pretiosissimum lilium con-  
vallium, per cuius partura  
mutatur natura, protoplas-  
torum deletur & culpa.  
Præcisum est in ea illud He-  
væ infelicitatis elogium, quo  
dicitur: In dolore paries filios  
tuos: quia ista in lætitia Do-  
minum peperit.

℞. Sicut cedrus exaltata.

*Lectio v.*

**H**eava enim luxit, ista  
exultavit: Heva lacry-  
mas, Maria gaudium in ven-  
tre portavit: quia illa pecca-

torem, ista edidit innocen-  
tem. Mater generis nostri  
pœnam intulit mundo, ge-  
nitrix Domini nostri salutem  
intulit mudo. Auçtrix peccati  
Heva, auçtrix meriti Maria.  
Heva occidendo obfuit, Ma-  
ria vivificando profuit. Illa  
percussit, ista sanavit. Pro  
inobedientia enim obedientia  
commutatur, fides pro perti-  
dia compenlatur.

℞. Quæ est ista.

*Lectio vi.*

**P**laudat nunc organis  
Maria, & inter veloces  
articulos tympana puerperæ  
concrepent. Concinant lætan-  
tes chori, & alternantibus  
modulis dulcisona carmina  
miscantur. Audite igitur  
quemadmodum tympanistria  
nostra cantaverit. Ait enim:  
Magnificat anima mea Do-  
minum: & exultavit spiritus  
meus in Deo salutari meo.  
Quia respexit humilitatem  
ancillæ suæ: ecce enim ex hoc  
beatam me dicent omnes ge-  
nerationes. Quia fecit mihi  
magna qui potens est. Cau-  
sam igitur invalecentis errati  
miraculum novi partus evi-  
cit, & Hevæ planctum Mariæ  
cantus exclusit.

℞. Ornatam monilibus.

*In*

*In tertio Noct. Hom. Venerab  
Bede Prasbyt. in Evang. Lo-  
quente Jesu. ut in eodem festo  
cum eisdem Respons. ix. Lectio  
legitur de Hom. Dominica; &  
de ea fit comment.*

## DIE XXXI. OCTOBRIS.

*Officium S. Vuolfgangi Episc.  
Ratisp. Duplex.  
Per totam Germaniam.  
Omnia de Communi Confess.  
Pontif. præter Lectio ij. Noct.  
Oratio.*

**D**Eus, qui nobis æternæ  
salutis Beatum Vuolt-  
gangum Episcopum, mini-  
strum tribuisti, quæsumus,  
ut quem Doctorem vitæ ha-  
buimus in terris, intercesso-  
rem habere mereamur in  
cælis. Per Dominum.

*Lectio iv.*

**V**uolfgangus nobili in  
Svevia genere progna-  
tus, rerum terrenarum tuit,  
& sui contemptor egregius,  
solum ex animo Deum quæ-  
rens, honores amplissimos ab  
Henrico Trevirensium Epil-  
copo sibi oblatos recusavit,  
illoque demortuo, pollicita-  
tionibus aliorum contem-  
ptis, monasticam tandem vi-  
tam, cujus semper desiderio  
flagraverat, est amplexus. Sa-

cris ordinibus a B. Udalric  
initiatu, cum in Pannoniam  
prædicandi Evangelii causa  
se prius contulisset, propter  
conjunctam in eo eximia  
cum pietate prudentiam,  
Othonis Imperatoris studio,  
totiusque Cleri, & Populi ac-  
clamatione, Ecclesia Ratispo-  
nensi ritè præficitur.  
& Inveni David. 10.

*Lectio v.*

**S**uscipio Episcopatus mu-  
nere, gregem Domini  
verbo pavit, & exemplo fan-  
ctissimi que Ecclesiam tem-  
peravit institutis. Monasterio  
S. Emmerami, quod jamdiu  
Episcopi administraverant,  
restitutis proventibus, magno  
illius bono insignem virum  
Ramuoldum præposuit. San-  
ctimonialium Cœnobium,  
quod ipse fundaverat, tam  
sanctè instituit, ut collapsa in  
aliis disciplina eo exemplo sic  
facile restaurata, novoque  
pietatis odore capta Brigida  
Bavariæ Ducis filia, ipso-  
rum Christum secuta, ad  
Sacras se Virgines aggrega-  
verit. Bohemis, quò amplio-  
ra apud illos fides incrementa  
caperet, contempto suæ Ec-  
clesiæ detrimento, rejectis  
aliorum consiliis, proprium  
dari

Jari Episcopum libentissime  
permisit.

R. Polui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**E** Gregiam Viri sanctita-  
tem cōprobarunt Ener-  
gumem, & variis languoribus  
oppressi, quos precatione  
sanavit. Divino afflatus in-  
finitū Sanctam Henricum  
Imperatorem regnaturum,  
Fratrem ipsius Brunonem ad  
Episcopatum promotum iri,  
è Sororibus alterā Reginam,  
Abbatissam alteram fore,  
prædixit. Denique cum vi-  
ginti, & amplius annis in se-  
duli Pastoris munere pera-

ctis, extremum sibi diem  
imminere intelligeret, quæ  
ex usitata liberalitate supe-  
rerant, per manus pauperum  
præmisit, sacraque Eucharis-  
tiæ viatico præmunitus, in  
Sancti Othmari æde, ut di-  
vinitus antea futurum acce-  
perat, sanctissimam vitam  
pari morte conclusit. Ra-  
tisponæ in Templo S. Emm-  
rami sepultus. R. Iste est, 10.

*In iij. Noct. Hom. in Evang.*  
Vigilate, quia nescitis.

*De eodem Communi.*

*Missa. Sacerdotes tui Domi-  
ne. De Communi Conf. Pontif.  
præter Orationem, ut supra.*

## OFFICIUM DE PRÆCEPTO.

DIE XII AUGUSTI.

*In festo S. Clare Virginis. Duplex.*

*Oratio.*

**E**Xaudi nos, Deus saluta-  
ris noster: ut, sicut de bea-  
tæ Clare virginis tuæ festivi-  
tate gaudemus, ita pie devo-  
tionis erudiamur affectu. Per  
Domnum.

*Et sit comm. Oct. S. Laurentii.*  
*Ara. Beatus Laurentius, dum*

in craticula superpositus ure-  
retur, ad impulsivum tyran-  
num dixit: Assatum est, jam  
verla, & manduca: nam fa-  
cultates Ecclesiæ, quas requi-  
ris, in cœlestes thesauros ma-  
nus pauperū deportaverunt.  
V. Levita Laurentius bonum  
opus operatus est.

R. Qui

R. Qui per signum Crucis  
cecos illuminavit.

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus om-  
nipotens Deus, vitio-  
rum nostrorum flammæ ex-  
tinguere, qui beato Laurentio  
tribuisti tormentorum  
suorum incendia superare.  
Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.  
In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**C**Lara, nobilis virgo, Assi-  
sini nata in Umbria,  
sanctum Franciscum concivem  
suum imitata, cuncta  
sua bona in elemosinas, &  
pauperum subsidia distribuit,  
& convertit. De sæculi strepitu  
fugiens, in campestem  
declinavit Ecclesiam, ibique  
ab eodem beato Francisco  
recepta tonsura, consanguineis  
ipsam reducere conantibus  
fortiter resistit. Et denique  
ad Ecclesiam sancti Damiani  
fuit per eundem adducta,  
ubi ei Dominus plures  
socias aggregavit, & sic ipsa  
sacrarum Sororum Collegiū  
instituit, quarum regimen,  
nimia sancti Francisci devicta  
importunitate, recepit.  
Suum monasterium sollicitè,  
ac prudenter in timore Do-

mini, ac plena Ordinis ob-  
servantia annis quadraginta  
duobus mirabiliter governavit;  
ejus enim vita erat aliis  
eruditio, & doctrina, unde  
ceteræ vivendi regulam didicerunt.

R. Propter veritatem, &  
mansuetudinem, & justitiam,  
\* Et deducet te mirabiliter  
dextera tua.

Ÿ. Specie tua, & pulchritudine  
tua, intende, prosperè pro-  
cede, & regna. Et.

*Lectio v.*

**U**T carne depressa, spiritu  
convalesceret; nudam  
humum, & interdum sarmenta  
pro lecto habebat, &  
pro pulvinari sub capite durum  
lignum. Una tunica cum  
mantello de vilis, & hispido  
panno utebatur, aspero cilicio  
nonnumquam adhibito juxta  
carnem. Tanta se frænabat  
abstinentia, ut longo tempore  
tribus in hebdomada diebus  
nihil penitus pro sui corporis  
alimento gustaverit: reliquis  
autem diebus tali se ciborum  
parvitate restringens, ut aliæ,  
quomodo subsistere posset,  
mirarentur. Binas quotannis  
(antequam ægrotaret) quadragesimas  
solo pane, & aqua relecta jejunabat.

Vigi-

Vigiliis insuper, & orationibus assidue dedita, in his præcipue dies, nocteque exendebat. Diutinis perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non posset surgere per se ipsam, Sororum suffragio levabatur, & fulcimentis ad tergum apposis, laborabat propriis manibus, ne in suis etiam esset infirmitatibus otiosa. Amatrix præcipua paupertatis, ab ea pro nulla unquam necessitate discessit, & possessiones pro sororum sustentatione, à Gregorio IX. oblatas constantissime recusavit.

✠. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: \* Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo latitæ.

✠. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

*Lectio vi.*

**M**ultis, & variis Miraculis virtus sue sanctitatis effulsit. Cuidam de sororibus sui monasterii loquelam restituit expeditam. Alteri aurem surdam aperuit. Laborantem febre, tumentem hydroypsi, plagatam fistula, aliasque alus oppressas languoribus liberavit. Fratrem

de Ordine Minorum ab infamie passione sanavit. Cum oleum in monasterio totaliter defecisset, Clara accepit urceum, atque lavit, & inventus est oleo, beneficio divine largitatis, impletus. Unius panis medietatem adeo multiplicavit, ut sororibus quinquaginta sufficerit. Saracenis Amissum obsessentibus, & Clare monasterium invadere conantibus, egra se ad portam afferi voluit, unaque vas, in quo sanctissimum Eucharistia Sacramentum erat inclusum, ibique oravit: Ne tradas, Domine, bestiis animas confitentes tibi, & custodi famulas tuas, quas pretioso sanguine redemisti. In cujus oratione ea vox audita est: Ego vos semper custodiam. Saraceni autem partim se fugamandarunt, partim, qui murum ascenderant, capti oculis, præcipientes ceciderunt. Ipsa demique virgo, cum in extremis ageret, à candido beatarum virginum cœtu (inter quas una eminentior, ac fulgidior apparebat) visitata, ac sacra Eucharistia sumpta, & peccatorum Indulgentia ab Innocentio Quarto dictata, pridie Idus Augusti animam

nam Deo reddidit. Post obitum verò quamplurimis miraculis resplendentem Alexander Quartus inter sanctas virginem retulit.

R. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus, \* Afferentur tibi in latitia, & exultatione.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Afferentur.

Gloria Patri. Afferentur.

*In ij. Noct. Hom. S. Gregorii Papæ in Evang. Simile est regnum celorum decem. ut in Comuni Virginum.*

*In Laud. fit commemor. Octava S. Laurentii.*

*Ant. In craticula.*

V. Dispersit, dedit.

Oratio. Da nobis quaesumus, ut supra.

*Et in Vesp. fit commemor. O. F. S. Laurentii, ut sup. in ii. Vesp. & S. S. Hippolyti, & Cassiani mart. Ana. Istorum est.*

V. Lætamini. ut in Comuni plurimorum mart.

Oratio.

**D**A, quaesumus omnipotens Deus: ut beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Cassiani veneranda solemnitas & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrum.



# OFFICIA SANCTORUM AD LIBITUM.

**DIE XXVIII. JANUARI.**

*In festo S. Canuti, Regis, &  
mart. Semidupl.*

*Oratio.*

**D**Eus, qui ad illustrandam Ecclesiam tuam beatum Canutum Danorum Regem martyrii palma, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: concede propitius, ut, sicut ipse Dominicae passionis insitator fuit, ita nos per ejus vestigia gradientes ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**C**ANUTUS quartus Suenonis Esthritii Danorum Regis filius, fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximia sanctitatis a teneris annis specimen dedit. Paternum sceptrum summa omnium acclamatione adeptus,

Religioni promovendæ sedulo incumbere, Ecclesias redditibus augere, & pretiosa suppellectili ornare cepit. Tum zelo propagandæ fidei succensus, barbara regna justo certamine aggressus, devictas, subditasque nationes Christianæ legi subjugavit. Victoriis autem plurimis gloriosus, & divitiis auctus, regale diadema ad Christi crucifixi pedes abjecit, se & regnum illi subjiciens, qui Rex regum est, & Dominus dominantium Corpus suum jejuniis, ciliciis, & flagellis castigavit. In oratione, & contemplatione assiduus, erga pauperes profusus, erga omnes beneficus semper fuit, nec unquam à justitiæ, divinæque legis semita deflexit.

& Honestam fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductoribus tutavit illum: \* Et dedit illi

cla-

claritatem æternam. *v.* Descenditque cum illo in fo-  
veam, & in vinculis, non de-  
reliquit eum. Et.

*Lectio v.*

**H**is, aliisque virtutibus  
imbutus, ad supremam  
perfectionis apicem sanctus  
Rex properabat. Accidit au-  
tem, ut Angliæ regnum à  
Vuilhelmo Normannorum  
Duce formidabili exercitu  
invaderetur. Anglis verò Da-  
norum opem implorantibus  
cum succurrere Rex decre-  
visset, belli expeditionem  
Olao fratri commisit, qui  
regnandi cupiditate illectus,  
arma vertit in Regis perni-  
ciam, militibus & populo  
contra illum concitatis. Nec  
desurrunt rebellionis fomenta;  
cum enim Rex editis legibus  
decimas Ecclesiis solvi, *D. i.*,  
& Ecclesie præcepta servari,  
transgressores puniri sanxisset,  
plerique perversi, ac sce-  
lerati homines exacerbati,  
primum quidem tumultuari,  
tum plebem commovere, ac  
tandem sanctissimo Regi ne-  
cem moliri cœperunt.

\* Desiderium anime ejus  
tribuisti ei Domine: \* Et vo-  
luntate labiorum ejus non  
fraudasti eum.

*v.* Quoniam prævenisti eum  
in benedictionibus dulcedinis  
posuisti in capite ejus coro-  
nam de lapide pretioso. Et.

*Lectio vi.*

**S**ciens igitur Rex futuro-  
rum præcius, mortem tibi  
propter justitiam imminere,  
ea prænuntiata, ad Ecclesiam  
sancti Albani Martyris Ot-  
honie, tanquam ad locum  
certaminis profectus est, &  
Sacramentis munitus, ago-  
nem suum Domino comen-  
dabat. Mox ibi adveniens con-  
juratorum multitudo Eccle-  
siæ ignem adinovere, fores  
confringere, & in eam irrum-  
pere tentarunt: quod cum  
perficere non possent, ad fene-  
stras accedentes, saxa & sa-  
gittas in sanctum Regem fle-  
xis genibus pro inimicis oran-  
tem magno impetu jaculari  
non cessarunt, donec lapidum  
& telorum ictibus, ac tandem  
lancea contusus, glorioso  
martyrio, ante altare extensis  
brachiis procumbens, coro-  
natus est sedente in Apostoli-  
co throno Gregorio Septimo.  
Multis postea miraculis Mar-  
tyrem suum illustravit Deus:  
nam gravi penuria, & divertis  
calamitatibus oppressa Da-  
nia, patrati sacrilegii pœnas  
luit.

luit. Plures etiam varijs languoribus afflicti, ad ejus tumulum, remedium, & incolumitatem consequuti sunt: cumque Regina sacrum ejus corpus noctu clam surripere, & aliò transferre conaretur, emissio cœlitus ingenti splendore perterrita, à proposito cessavit.

R. Stola jucunditatis induit eum Dominus: \* Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

V. Cibavit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris poravit illum. Et.

Gloria Patri. Et.

*In iij. Noct. Hom. S. Gregorii Papæ in Evang. Si quis vult post me venire. ut in Communi unius mart.*

DIE IV. FEBRUARII.

*In festo S. Andree Corsini Ep. Conf. Semidupl. de precepto.*

*In Hymn. Iste Confels. dicatur.*  
Hac die lætus meruit supermos.

Laudis honores.

*Oratio.*

**D**EUS, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum: da populo tuo, beati Andree Confessoris tui, atque Pontificis,

ita sequi vestigia, ut assequatur & præmia. Per Dominum.

*In Diœcesi autem Fesulana dicitur sequens*

*Oratio.*

**D**EUS plebis tuæ miserator, cui beatus Andreas Pontifex, abdicato sæculi fastu, liberiori placuit ministerio: da quæsumus, Pastoris sui solemnia recensenti, ejus non desitui suffragio, cujus confidit meritis tuæ restitui gratior majestati. Per Dominum.

*Lect. j. Noct. de Script. occurr.*

*In jecundo Nocturno.*

*LECTIO IV.*

**A**NDREAM Florentiæ, ex nobili Corsinorum familia natum, parentes precibus à Deo impetrarunt, & Beatæ Virgini sponponderunt. Qualis autem futurus esset, divino præfagio, antequam nasceretur, ostensum est; nam Mater gravida visa est sibi per quietem lupum edidisse, qui ad Carmelitarum ædem pergens, in ipso templi vestibulo statim in agnum conversus est. Adolescens piè, & ingenuè educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sæpè à matre increpatus fuit. Ubi

au-

autem cognovit, se parentum voto Deiparæ Virgini dicatum fuisse, Dei amore succensus, denique visu Matris ad monitus, Carmelitarum institutum amplexus est, in quo variis tentationibus à Dæmone vexatus, nunquam tamen potuit à Religionis proposito dimoveri. Mox Lutetiam missus, emenso studiorum curriculo, & laurea donatus, in patriam revocatur, sui que Ordinis regimini in Hetruria præficitur.

R. Inveni David. 10.

*Lectio v.*

**I**Nterea Fesulana Ecclesia suo viduata Pastore, eum sibi Episcopum elegit, quo munere se indignum æstimās, diu latuit ignotus, donec pueri voce mirabiliter loquentis proditus, & extra Urbem inventus, ne divinæ contradiceret voluntati, Episcopatum suscepit. Ea dignitate auctus, humilitati, quam semper coluerat, impensius incubuit, & pastoralis sollicitudini misericordiam in pauperes, liberalitatem, Orationis assiduitatem, vigiliis, aliasque virtutes adunxit, & spiritu etiam prophetico clarus fuit, adeo ut

ejus Sanctitas ab omnibus celebraretur.

R. Posui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**H**is permotus Urbanus quintus, ad sedandas Bononiæ turbas Andreæ legatum misit; quo in munere multa perpeilus, Civium odia, quæ ad interneccionem exarserant, summa prudentia restinxit: tum restituta tranquillitate ad propria reversus est. Nec multò post assiduis laboribus, & voluntaria carnis maceratione confectus, obitu die à beata Virgine sibi prædicto ad cœlestia regna migravit, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio, ætatis suæ septuagesimo primo. Quem Urbanus Octavus, multis, magnisque miraculis clarum, Sanctorum numero adscripsit. Ejus corpus Florentiæ in Ecclesia sui Ordinis quiescit, & maxima Civium veneratione colitur, quibus non semel in præsentis discrimine præsidio fuit.

R. Iste est, qui ante Deum. 10.

*In tertio Noct. Hom. in Evang. Homo peregrè proficiscens. ut in Communi Confess. Pontif. j. loco.*

*In ii. Vesp. à Cap. de S. Agatha  
virg. & mart. ut in Breviario,  
cum commem. S. Andrea.*

DIE V. APRILIS.

*In festo S. Vincentii Ferrerii  
Confess. Semidupl.*

*Omnia de Communi Confess.  
non Pontific. prater Orati-nem  
propriam, & Lect.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui Ecclesiam  
tuam beati Vincentii  
Confessoris tui meritis, &  
prædicatione illustrare digna-  
tus es: concede nobis famulis  
tuis, ut & ipsius instruarur  
exemplis, & ab omnibus ejus  
patrociniò liberemur adver-  
sis. Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.  
Si autem venerit in Quadrage-  
sima erunt de eodem Communi  
scilicet. Justus si morte. primo  
loco.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**V**INCENTIUS honesta stirpe  
Valentiæ in Hispania  
natus, ab ineunte ætate cor-  
gescit senile. Qui dum caligi-  
nosi hujus sæculi labilem cur-  
sum pro ingenii sui modulo  
consideraret, Religionis habi-  
tum in Ordine Prædicato-  
rum decimo octavo ætatis  
sue anno suscepit, & emissa

solemni professione, sacris lit-  
teris sedulo incumens Theolo-  
giæ lauream summa cum  
laude consecutus est. Mox ob-  
tenta à Superioribus licentia  
verbum Dei prædicare, Ju-  
dæorum perfidiam arguere,  
Saracenorum errores confu-  
tare tanta virtute, & effica-  
cia cœpit, ut ingentem ipso-  
rum infidelium multitudinẽ  
ad Christi fidem perduxerit,  
& multa Christianorum mil-  
lia, à peccatis ad penitentiam,  
à vitis ad virtutem revoca-  
rit. Electus enim à Deo, ut  
monita salutis in omnes Gen-  
tes, tribus, & linguas diffun-  
deret, & extremi, tremendi-  
que judicii diem appropin-  
quare ostenderet, omnium  
auditorum animos terrore  
concussos, atque à terrenis  
affectibus ayullos ad Di-  
amorem excitabat.

*R. Honestum fecisti. 24.*

*Lectio v.*

**I**N hoc autem Apostolico  
manere hic vite ejus tenor  
perpetuus fuit. Quotidie  
missam tum mo manẽ cum  
cantu celebravit, quotidie  
ad populum concionem ha-  
buit, inviolabile semper jeju-  
nium, nisi urgens a desset ne-  
cessitas servavit, Sancti, &

*recta*

recta consilia nulli denegavit, carnes nunquam comedit, nec vestem lineam induit, populorum jurgia sedavit, dissidentia Regna pace composuit, & cum vestis inconsutilis Ecclesie diro schismate scinderetur, ut uniretur, & unita servaretur, plurimum laboravit: Virtutibus omnibus claruit, suisque detractores, & persecutores in simplicitate, & humilitate ambulans, cum mansuetudine recepit, & amplexus est.

Amavit eum Dominus. 5.

*Lectio vi.*

**P**er ipsum divina virtus, in confirmationem vite, & predicationis ejus, multa signa, & miracula fecit. Nam frequentissime super agros manus imposuit, & sanitatem adepti sunt: Spiritus in mundos è corporibus expulsi; Sardis astitum, mutis loquelam, cecis visum restituit; Leprosos mundavit, mortuos suscitavit. Senio tandem, & morbo confectus infatigabilis Evangelii praeconis, plurimis Europae Provincis cum ingenti animarum fructu per agratis, Venetie in Britannia Minori, praedicationis, & vitae

cursum tenaciter consummavit, anno salutis millesimo quadringentesimo decimo nono, quem Calixtus Tertius Sanctorum numero adscripsit. R. Iste homo perrexit. 3.

*In iii. Noct. Hom. S. Gregorii Papa in Evang. Sint umbi vestri. le Commun. Conf. Pont.*

*Et si veneri. in Quadragesima ix. Lectio, & commem. feria.*

**DIE X. MAII.**

*In festo S. Antonini Archiepisc. Florentini, & Conf.*

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi Confess. Pontif. praeter Orationem, & Lectiones, quae servantur.*

*Oratio.*

**S**ancti Antonini, Domine Confessoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut sicut te in illo mirabilem praedicamus, ita in nos misericordem tuisse gloriemur. Per.

*Deinde fit. com. SS. Gordiani, & Epimachi mart. ut in Brevo.*

*In j. Noct. Lect. le Script. occur. In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**A**ntoninus Florentiae honestis parentibus natus ab ipsa iam pueritia egregium futurae sanctitatis specimen exhibuit. Annum agens sextum decimum, & Religionem

Prædicatorum amplexus, excepit exinde maximis clarere virtutibus. Otio perpetuum bellum indixit, post nocturnum brevem somnum, primus matutinis precibus aderat; quibus perfolutis, reliquum tempus noctis orationibus, aut certe lectioni, & scriptio- ni librorum tribuebat; & si quando importunior fessis membris somnus obreperet, ad parietem paululum declinato capite, ac tantisper discusso somno, mox sacras vigiliis avidius repetebat.

\*. Inveni David. 10.

*Lectio v.*

**D**isciplinæ regularis, & sui ipsius leverissimus exactor, carnes, nisi in gravi aegritudine, nunquam edit. Humi, aut in nudo tabulato cubabat: cilicio temper usus, & interdum zona ferrea ad vivam cutem incinctus, virginitatem integerrimè semper coluit. In explicandis consiliis tantæ dexteritatis fuit, ut communi elogio Antoninus consiliorum diceretur. Ad eò autem in eo humilitas emittit, ut etiam Cœnobiiis, ac Provinciis præfectus, abiectissima Monasterii officia demississimè obiret. Ab Eu-

genio quarto Florentinus Archiepiscopus renunciatus, agerrimè tandem, nec nisi Apostolicis minis perterretatus, ut Episcopatum acciperet, acquievit.

\*. Polui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**I**n eo munere vix dici potest, quantum prudentia; pietate, charitate, mansuetudine, & sacerdotali zelo excelluerit. Illud mirandum, tantum ingenio valuisse, ut omnes ferme scientias per se, nullo adhibito preceptore, absolutissimè didicerit. Tandem post multos labores, multis etiam editis insignis doctrinæ libris, sacra Eucharistia, & Unctione percepta, complexus Crucifixi imaginem, mortem lætus aspexit sexto nonas Maii, millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Miraculis vivens, & post mortem conspicuus, Sanctorum numero adscriptus est ab Hadriano VI. anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

\*. Iste est, qui ante Deum. 11.

*In iii. Noct. Hom. in Evang. Homo peregrè proficiscens. de Comuni Conf. Pontij. i. loco.*

*Pro*

*Pro S. Mart. Gordiano, & Epimacho Lectio ix. Gordianus iudex. ut in Breviario.*

*Et sit communiorum in Laudib.*  
DIE V. SEPTEMBRIS.

*In festo S. Laurentii Justiniani primi Patriarcha Venetiarum. Semidup.*

*Omnia de Communi Confess. Pontificis, præter ea, quæ hic assignantur. Oratio.*

**D**A quæsumus omnipotens Deus: ut beati Laurentii confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

*In j. Noct. Lect. de Script. occur.*  
*In, secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**L** Laurentius ex illustri Justinianorum familia Venetiis natus, eximiam, vel puer, morum gravitatem prætulit. Exacta inter pietatis officia adolescentia, ad castum Verbi, & Animæ conubium à Divina Sapiëntia invitatus, de religiosæ vitæ instituto capessendo deliberare cœpit. Novæ itaque militiæ clam proludens, præter alias corporis afflictationes, super nudos cubabat asseres, sedensque velut arbiter hinc

inter sæculi blandimenta, parataque à Matre nuptias, illic claustrales inter austeritates, oculis in Christi patientis crucem conversis. Tu (inquit) es Domine spes mea, ibi posuisti certissimum refugium tuum; ad Canonicorum S. Georgii in Alga Congregationem convola vit, ubi novis excogitatis cruciatibus, ac riuus in te ipsum, veluti in hostem infensissimum, instans bellum, nullam ad te tibi oblectationem indulgebat, ut ne in domesticum unquam hortum, nec in paternam quidem Domum, nisi cum morienti Matri extrema pietatis officia siccis oculis perolverit, exinde intraverit. Par erat obedientiæ, mansuetudinis, ac præcipuè humilitatis studium, cum abiectissima quæque cœnobii munia sibi ultrò defumeret: celeberrima per Urbis loca, non tam victum, quam ludibria emendicaret, illatasque contumelias, ac calumnias, immotus, ac filens perferret; assiduæ præsertim orationis subsidio, qua sæpe per mentis excessum rapietur in Deum, tantòque cor ejus aestuabat ardore, ut nutantes etiam Sodales ad per-

severantiam, ac Jēsu Christi  
amorem inflammaret.

℞. Inveni David sērvum. 10.

*Lectio v.*

**A**B Eugenio IV. Patriæ  
Episcopus designatus,  
quem magna contentione  
honorem detrectaverat, ma-  
jori gessit cum laude, nam  
consuetam vivendi rationem ni-  
hil admodum immutata,  
paupertatem, quam semper  
coluerat, in mensa, supelle-  
ctili, ac lecto perpetuo reti-  
nuit, modicam domi alebat  
familiam, quod grandem al-  
teram sibi esse diceret, Paupe-  
res Christi significans. Qua-  
eumque adiretur hora, prestō  
omnibus erat, Paterna om-  
nes charitate allevabat, non  
restituens vel arte alieno gra-  
vare, illorum ne inopia  
decideret; rogatus quā spē id fa-  
ceret? Domini mei, qui pro  
me dissolvere facile poterit,  
respondebat. Spem autem non  
conspicere, Divina Providē-  
tia, submissis inopinato subsi-  
diis, sagiter declarabat. Plura  
Virginum Monasteria con-  
struxit, quas etiam ad perfe-  
ctoris vite rationem sua vi-  
gilantia composuit, Matro-  
nis a Sæculi pompis, & orna-  
tus vanitate revocandis, Ec-

clesiasticę disciplinæ, ac mō-  
ribus reformandis maxima-  
perè studuit; dignus tanē, qui  
ab eodem Eugenio gloria, &  
decus Præsulum coram Car-  
dinalibus vocaretur, & qui à  
Nicolao V. ejus successore,  
translato à Gradeni Civitate  
titulo, Primus Venetiarum  
Patriarcha renunciaretur.

℞. Posui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**L**Acrymarum dono infi-  
gnitus, Omnipotenti  
Deo placationis hostia quoti-  
die offererebat, quod cum ali-  
quando nocte Dominicę Nā-  
tivitatis perageret, Christum  
Jesum sub p̄sicherrimi intan-  
tis specie videre promeruit;  
tantumque in eo erat com-  
misi Gregis præsidium, ut  
cœlitus aliquando acceptum  
fuerit, Pontificis sui interces-  
sione, ac meritis, sterisse Rem-  
publicam. Prophetia spiritu  
affiliatus, plura humana cog-  
nitioni prorsus impervia  
prædixit; morbos, ac dæmo-  
nes suis precibus sæpè fugavit;  
libros etiam cœlestem do-  
ctrinam, ac pietatem spiran-  
tes, grammaticæ penè rudis  
conscripsit. Denique cum læ-  
thalem incidisset in morbum,  
& commodiorem domestica  
lectum

fectum seni, atque egro pararent, averfatus ejusmodi delicias, tanquam à durissima morientis Domini sui cruce plus nimio abhorrentes, confucto in stramine se jussit deponi, & finem vitæ suæ adventare prenoscens, sublatis in cœlū oculis, venio (inquit) ad te o bone Jesu; ac die octava Januarii obdormivit in Domino. Pretiosā ejus mortem testati sunt Angelici concentus, à Cartusianis quibusdam Monachis auditi, & sacrum cadaver per duos ultra menses inhumatum, suavi fragrans odore, & rubelcente facie, integrum, atque incorruptum, ac nova post mortem patrata miracula, quibus permotus Alexander VIII. Pontifex Maximus, eum Sanctorū numero adscripsit: Innocentius verò XII. quintam Septembris diem, qua vir sanctus ad Pontificiam primò Cathedralam fuerat evehctus, celebrando illius festo assignavit.

R. Iste est, qui ante Deum. II.

*In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papa in Evangelium. Homo peregrè proficilcens, ut in eodem Comuni.*

*In festo S. Thomæ de Villanova*

*Conf. Pontif. de precepto.*

*Smidplex.*

*Omnia de Comuni Confess. Pontificis, præter Antiphonam ad Magnificat, & Benedictus, & Orationem, & Lectiones secundæ Nocturni.*

*Antiphona in utrisque Vesper. Disperfit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiæ virtute decorasti: quaesumus, ut ejus intercessione, in omnes, qui te deprecantur, divitiis misericordiæ tuæ benignus effundas. Per Dominū.

*Lect. j. Noct. de Script. occur.*

*Si autem hoc festum venerit in Quatuor Temp. Lect. j. Noct. erunt de Epist. B. Pauli Apost. ad Timotheum. Fidelis sermo de Comuni Confess. Pontif. & ix. Lectio dicitur de Homil. Feria occur. cum eius commem. ad Laudes.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**T**HOMAS in Oppido Fontisplani Toletanæ dioceseos in Hispania natus.

anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, ab optimis parentibus ineunte vita, pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit; cujus adhuc puer complura dedit exempla, sed illud in primis nobile, quod ut nudos operiret, propriis vestibus non semel seipsum exiit. Exacta pueritia, Compluto, quod missus fuerat, ut literis operam daret, patris obitu revocatus, universam hæreditatem egenis virginibus alendis dicavit: eodemque statim profectus est, ut curriculum sacre Theologiæ coniceret: interim assiduis precibus scientiam Sanctorum, & rectam vitæ, morumque normam à Domino vehementissimè postulans: quare divino instinctu Eremitarum sancti Augustini amplexus est institutum.

✽. Inveni David servum. 10.

*Lectio v.*

**R**eligionem professus, omnibus religiosi hominis virtutibus, & ornamentis excelluit: humilitate, patientia, continentia, sed ardentissima charitate summe conspicuus: inter varios, & assi-

duos labores, orationi, rerumque divinarum meditationi invicto spiritu semper intentus. Prædicandi onus, utpote sanctimonia, & doctrina præstans, subire iussus, cælesti aspirante gratia, innumerabiles è vitiorum cano in viam salutis eduxit. Regendis deinde Fratribus admotus, prudentiam, æquitatem, & mansuetudinem, pari sedulitate, ac severitate conjunxit, adeo ut priscam sui Ordinis disciplinam multis in locis vel firmaverit, vel restituerit.

✽. Posui adjutorium. 10.

*Lectio vi.*

**G**ranatensis Archiepiscopus designatus, mira humilitate, & constantia, in signe munus rejecit. Verum non multo post, Valentianam Ecclesiam, Superiorum auctoritate coactus, gubernandam suscepit; quam annis ferme undecim ita rexit, ut sanctissimi & vigilantissimi Pastoris partes expleverit. Cæterum consueta vivendi ratione nihil admodum immutata, inexplebili charitati multo magis indulgit, cum annuos Ecclesiæ redditus in egenos dispersit, ne lectulo

qui.

quidem sibi relicto : nam cum, in quo decumbebat, cum in cœlum evocaretur, ab eodem commodatum habuit, cui paulo ante elemosynæ locò donaverat. Obdormivit in Domino sexto Idus Septembris, annos natus octo & sexaginta. Servi sui sanctitatem adhuc viventis, & exinde post mortem miraculis Deus testatam voluit, præsertim cum horreum frumento pauperibus distributo penitus vacuum, repente plenum inventum est : & cum ad ejus sepulchrum puer mortuus revixit. Quibus, aliisque non paucis fulgentem signis, Alexander Septimus Pontifex maximus Sanctorum numero adscripsit, atque ejus memoriam quarto decimo Kalendas Octobris celebratis mandavit.

*R.* Iste est, qui ante Deum. II.  
*In tertio Nocturno Homilia in Evang. Homo peregrè proficiscens. ut in Communi Consequ. non Pontif.*

*Al. Benedictus, Antiph.*  
 Elemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

*In secundis Ve peris sit a Capitulo de Ss. martyrib. Januario, & sociis cum comm. S. Thoma.*

*Antiph. Disperlit. ut supra.*  
 & Justum deduxit Dominus.  
*Oratio. Deus, qui beatum Thomam. ut supra.*

DIE XXVIII. SEPTEMB.

*In festo S. Vuenceslai mart.*

*Semidipl. Oratio.*

**D**EUS, qui beatum Vuenceslaum per martyrii palmam, a terreno Principatu ad cœlestem gloriam transfulisti, ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, & ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dominum.

*In Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**V**UENCESLAUS Bohemæ Dux, Muratislao patre Christiano, Drahomira matre gentili natus, ab avia Ludmilla femina sanctissima pie educatus, omni virtutum genere insignis, summo studio virginitatem per omnem vitam servavit illibatam. Mater, per nefariam Ludmillæ necem, Regni administrationem a sequeuta, impiè cum juniore filio Boleslao vivens, concitavit in se Procerum indignationem; quare tyrannici, & impij regiminis pertesi, utriusque exculo jugo, Vuenceslaum in

in Urbe Pragenſi Regem ſalutarunt.

℞. Honeſtum fecit. 2.

*Lectio v.*

**I**Lle Regnum pietate magis, quam imperio regens, orphanis, viduis, egenis tanta charitate ſubvenit, ut propriis humeris aliquando ligna indigentibus noctu comportarit, pauperibus humanis frequenter adfuerit, captivos liberarit, carceribus detentos nocte intempeſta viſitare, pecuniis & conſilio ſapientiſſimè conſolatus. Miti animo Princeps vehementer dolebat quempiam, etſi rerum, morti adjudicari: ſumma Religione ſacerdotes veneratus, ſuis manibus triticum ſerebat, & vinum exprimebat, quibus in Miſſæ ſacrificio uterentur: nocte nudis pedibus ſuper nivem & glaciem circuibat Eccleſias, ſanguinea & terram caleſcencia poſt ſe relinquens veſtigia.

℞. Deſiderium animæ. 33.

*Lectio vj.*

**A**ngelos habuit ſui corporis cuſtodes, cum enim ad ſingulare certamen adverſus Radislaum, Ducem Curimentem, eo ſine acce-

deret, ut ſuorum ſaluti proſpiceret, viſi ſunt Angeli arma miniſtrare, & dixiſſe Adverſario: Ne ferias. Perterritus hoſtis, venerabilis proſcendens, veniam exoravit. Cum in Germaniam proſectus eſſet, Imperator, conſpectis duobus Angelis, aurea Cruce ad ſe accedentem ornantibus, è folio proſiliens, brachiis excepit, Regiis inſignibus decoravit, eique ſancti Viti brachium donavit. Nilominus impius frater, matre hortante, convivio exceptum, & poſtea in Eccleſia orantem, paratæ ſibi mortis præſcium, adhibitis ſecularis comitibus, interfecit. Sanguis per parietes aſpertuſ adhuc conſpicitur, & Deo vindice, matrem inhumanam terra abſorbuit; interfectores variis modis miterè perierunt.

℞. Stola jucunditatis.

*In iij. Nocturno Homil. S. Gregorii Pape in Evang. Si quis vult poſt me. ut in Communi unius Mart. ij. loco.*

*Vesp. de S. Mi. haele Archangelo, ſine commem. S. Vuenceslai.*

**DIE I. OCTOBRIS.**

*In feſto S. Remigii Episcop. & Confess. Semid.*

*Om-*

*Omnia de Communi Confess.  
Pontif. prater ea, quae hic ha-  
bentur.*

*In Hymno. Iste Confessor.  
In antiph. tertius. Versus.*

*Oratio.*

**D**A, quatuor, omnipotens Deus ut beati Remigij Confessoris tui, atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

*In Noct. Lect. de Script. occur.  
In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**R**emigius, Episcopus Rhemensis, floruit Clodoveo rege Francorum, quem etiam baptizavit, & primus omnium doctrina, & miraculis Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Ejus oratione mortua puella revixit. Multos interpretatus est divinae Scripturae libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhemenſe Ecclesiam administravit. Cujus vitae, & mortis sanctitatem multa, quae consecuta sunt, miracula comprobant.

*R. Inveni David. 10.*

*Sermo S. Maximi Episc.*

*Homilia 59. quae est 2. de S.  
Eusebio Vercell.*

*Lectio v.*

**A**D sancti, ac Beatissimi Patris nostri Remigij, cujus hodie festa celebamus, laudes addidisse aliquid, decerpisse est: siquidem virtutum ejus gratia, non sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cum enim dicat Scriptura: Gloria Patri est filius sapiens: quantum hujus sunt gloriae, qui tantorum filiorum sapientia & devotione laetatur? In Christo enim Jesu per Evangelium ipse nos genuit.

*R. Posui adjutorium. 10.*

*Le. 10. 19.*

**Q**uidquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis, & gratiae, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo, omnium rivulorum puritas emanavit. Etenim quia castitatis pollebat vigore, quia abstinentiae gloriabatur angustis, quia blandimentis erat praeditus lenitatis, omnium civium in Deum provocavit affectum: quia Pontificis administratione fulgebat, plures e discipulis reliquit tui sacerdotii successores.

*R. Iste est, qui ante Deum. 11.  
In tertio Nocturno Homil. S.  
Gregorii Papa in Evang. Ho-*

mo peregrè. de *Communi Conf.*  
non Pontif. 1. loco.

*Vespera de S. Angelis Custodi-*  
*bus cum commem. S. Remigii.*

DIE XVII. OCTOBRIS.

In festo S. Hedwigis Vidua.

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi nec Virg.*  
*nec Mart. præter Lectiones, e-*  
*cundi Nocturni.*

*Oratio.*

**E**Xaudi nos, Deus saluta-  
ris noster, ut sicut de  
beate Hedwigis festiuitate  
gaudemus, ita pia devotionis  
erudiamur affectu. Per Do-  
minum.

*In 1. Noct. Lect. de Script. occur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio iv.*

**H**edwigis regis clara na-  
talibus, innocentia tam-  
en vitæ longè clarior, sancte  
Helizabethæ filia Regis Hun-  
gariæ matertera, Bertoldi &  
Agnæ Moraviæ Marchio-  
num filia, animi ab ineunte  
ætate moderationem protu-  
lit; adhuc enim puellula pue-  
rilibus abstinuit; duodennis  
Henrico Poloniæ Duci à pa-  
rentibus nuptui tradita, tha-  
lami fide sanctè seruatâ, pro-  
lem inde susceptam in Dei ti-  
more erudit: Ut autem  
commodius Deo vacaret, ex

pari voto, & consensu unani-  
mi, ad separationem thori vi-  
rum induxit: quo defuncto,  
ipsa in Monasterio Trebni-  
censi Deo, quem assiduis præ-  
cibus exorauerat, inspirante,  
Cisterciensem devota sumpsit  
habitum; in eoque contem-  
plationi intenta, divinis Offi-  
ciis, & Missarum solemnibus à  
solis ortu ad meridiem usque  
assidua assistens, antiquum  
humani generis hostem for-  
tis contempsit.

*R. Propter veritatem. 70.*

*Lectio v.*

**S**æculi autem commer-  
cia, nisi Divina, vel ani-  
marum salutem attingerent,  
audire, vel loqui non susti-  
nuit: prudentia in agendis sic  
emicit, ut neque excessus  
esset in modo, nec error in  
ordine, comis alioqui, & man-  
suetâ in proximum. Grandem  
autem de se triumphum  
ieiuniis, & vigiliis, estiumque  
asperitate austera carnem  
macerans, reportavit: hinc  
sublimioribus florens virtuti-  
bus Christianis, consiliorum  
gravitate, animique candore,  
& quiete in eximium Religio-  
sæ pietatis euasit exemplar:  
omnibus se alio subicere,  
atque viliora præ cæteris mu-  
dia.

nialibus alacriter munia subire; pauperibus etiam flexo genu ministrare, leproforum pedes abluere, & osculari, ipsi familiare erat, neque illorum ulcera sanie manantia sui vitæ trix abhorrebat.

R. Dilexisti iustitiam. 70.

Lectio vi.

**M**ira fuit ejus patientia, animique constantia; præcipuè verò in morte Henrici Ducis Silesiæ sui, quem maternè diligebat, filii in bello à Tartaris caesi, enituit: potius enim gratias Deo, quam filii lachrymas reddidit. Miraculorum demque gloria percrebuit, puerum enim demersum, & molendini rotis

allitum, & profusus attritum, invocata, vitæ restituit, aiaque præstitit, ut ritè sis Clemens quæritus probatis, Sanctorum numero eam adscripserit; ejusque festum in Polonia, ubi præcipua veneratione uti Patrona colitur, die decima quinta Octobris celebrari concesserit; quod deinde ut decima septima in tota Ecclesia fieret, Innocentius undecimus ampliavit.

R. Fallax gratia. 71.

*In iij. Noct. Homil. S. Gregorii Papæ in Evang. Flacrauro abscōntito. de eodem Comm. vi.*

*Vesp. de S. Luca Evangelistæ sine alia commemor.*

## EX DECRETORUM REGISTRO

### Sacra Rituum Congregationis.

**S**acra Rituum Congreg. die 18. Julii 1673. censuit festa, Sanctorum ad libitum posse transferri, sicut fit de Sanctis, qui non sunt ad libitum, translatis. Hoc non obstante, eadem Sac. Congreg. die 2. Decembris 1673. censuit, in futurum officia Sanctorum a libitum esse transferenda, quando dies eorum festivitatis cum iis impediat die Dominico, aut aliquo alio die festo, ne mobilium.

# T A B U L A S A N C T O R U M

## D E P R Æ C E P T O,

### J A N U A R I I.

Die 23. S. Raymundi de Peñaf. *semid. cum com. S. Emerentian.* 2

Die 29. S. Francisci Salesii Episc. & Conf. *duplex.* 3

Die 31. S. Petri Nolalco Confessoris. *duplex.* 8

### F E B R U A R I I.

Die 4. S. Andreae Corsini Episc. & Conf. *semidupl.* 112

Die 8. S. Joannis de Matha. Confessoris. *duplex.* 7

### M A R T I I.

Die 17. S. Patritii Confessoris. *semiduplex.* 9

Die 19. Hymni, & Antiph. proprie de S. Josepho. *dupl. 2. class.* 11

### A P R I L I S.

Die 21. S. Anselmi Episc. & Conf. *semiduplex.* 15

### M A I I.

Die 4. S. Monicæ. *semiduplex.* 19

Die 18. S. Venantii martyris. *semiduplex.* 22

Die 19. S. Petri Cœlestini Papæ, & Confess. *dupl. & comm.*

S. Pudentianæ virginis. 26

Die 25. S. Mariæ Magdalenz de Pazzis virg. *semid. & comm.*

S. Urbani Papæ, & mart. 28

### J U N I I.

Die 10. S. Margaritæ Regine Scoticæ. *semiduplex.* 30

### J U L I I.

Die 8. S. Elisabeth Regine Portug. *semiduplex.* 31

Die 12. S. Joannis Gualberti Abbatis. *dupl. & comm. SS. N. 1.*

boris, & Felicis martyrum. 37

Die 15. S. Henrici Imperatoris. *semiduplex.* 40

Die 17. S. Alexii Conf. *semid.* de præcepto. *Decret. S. Congreg.*

31. *August 1677.* omnia ut in Brev. 42

Die 31. S. Ignatii Confessoris. *duplex.* 42

## AUGUSTI.

- Die 7. S. Cajetani Conf. *duplex cum commem.* S. Donati. 43  
 Die 12. S. Claræ Virginis. *duplex.* 105  
 Die 23. S. Philippi Beniti Confess. *semiduplex.* De mandato  
 Alexandri PP. VIII. 46  
 Die 30. S. Rosæ de Lima Virginis. *semiduplex.* 48  
 Die 31. S. Raymundi Nonnati Confess. *duplex.* 50

## SEPTEMBRIS.

- Die 2. S. Stephani Hungariæ Regis Confess. *semiduplex.* 52  
 Officium de Sanctissimo nomine B. M. V. celebratur Domi-  
 nica infra Oct. Nativitatis ejusdem B. M. V. *duplex majus.* 54  
 Die 18. S. Thomæ de Villanova Confess. *semid.* 119  
 Die 24. Officium Beatissimæ V. M. de Mercede. *duplex.* 59

## OCTOBRIIS.

- Die 10. S. Francisci Borgia Confessoris. *semiduplex.* 62  
 Die 13. S. Eduardi Confessoris. *semiduplex.* 64  
 Die 19. S. Petri de Alcantara Confess. *semiduplex.* 66

## NOVEMBRIS.

- Die 13. S. Didaci Confess. *semiduplex.* 68  
 Die 19. S. Elisabeth Regine Hungariæ viduæ. *duplex.* 69  
 Die 20. S. Felicis de Valois Confess. *duplex.* 71

## DECEMBRIS.

- Die 8. Officium totius Oct. Conceptionis B. M. V. *dupl.* 73

## S E R I E S

## S A N C T O R U M

Quorum Officia novissimè celebranda sunt de Præcepto  
 ex Indulto Apostolico in aliquibus locis.

Officium de Septem Doloribus B. M. V. *duplex majus.* cujus  
 festum celebratur Feria vj. post Dominicam Passionis. 81

Offi.

B. Pii Quinti. <i>semiduplex. 5. Maij.</i>	95
Patrocinium Virg. M. <i>dupl. maius. Dominica ij. Novemb.</i>	97
Officium Desponsationis B. V. M. cum S. Joseph. <i>duplex.</i> 23. Januarij.	98
Officium Rotarij B. Mariæ Virg. <i>duplex maius. Dominica</i> j. Octobris.	103
Officium S. Vuolfgangi Episc. Ratisp. <i>dupl. 31. Octobr.</i>	105
Officium cum octava Ss. Angelorum Custodum Dominica j. Septembris	

*de Pii Quinti Patrocinio*

---

## SERIES SANCTORUM

### NOVISSIME AD LIBITUM.

#### JANUARIJ.

Die 28. S. Canuti martyris. <i>duplex.</i>	111
--	-----

#### APRILIS.

Die 5. S. Vincentii Ferrerii Conf. <i>semid.</i>	114
--	-----

#### MAII.

Die 10. S. Antonini Archiepiscopi Florentini, & Confessoris. <i>semid.</i>	115
---	-----

#### SEPTEMBRIS.

Die 5. S. Laurentii Justiniani primi Patriarchæ Venetiarum. <i>semid.</i>	117
Die 28. S. Venceslai Ducis Bohemix martyris. <i>semid.</i>	121

#### OCTOBRI.

Die 1. S. Remigii Episcopi & Confessoris. <i>semid.</i>	122
Die 17. S. Hedwigis viduæ. <i>semid.</i>	124

1

OFFICIA


2

x-rite

colorchecker



MSCCPPCC0613



mm

SUPERIORUM PERMISSO.

MSCCPPCC0613